

11

*ORIGINUM  
BIPONTINARUM  
PARTIS II  
SEU  
HISTORIAE COMITUM  
GEMINI PONTIS  
GENEALOGICO DIPLOMATICA  
PARTICULAM I  
OFFICIOSIUS EXHIBET  
ATQUE  
PATRONOS ET FAUTORES  
MUSARUM BIPONTINARUM  
AD SOLLEMNE GYMNASII ILLISTRIS EXAMEN  
ET QUIDEM CLASSIS I  
D. XXVII. SEPT. ANTE ET POST MERIDIEM PERAGENDUM  
EA QUA PAR EST OBSERVANTIA INVITAT  
GEORGII CHRISTIANI CROLLI FILII  


---

  
AD SOLLEMNIA LUSTRATIONIS ET ACTUS ORATORII  
POST CELEBRANDA MORE CONSUETO INVITABIT  
IPSE GYMNASII RECTOR*

---

BIPONTI TYPIS PETRI HALLANZY  
cclxxii

ORIGINUM  
BIBLIONTINARUM  
HISTORIARUM  
MUTIMODIACRISTIA  
GERMANICORIB.  
CATHAROGICIDIO DILIGITICIDE  
PRAELEGENDA  
TETRICOLOGIA  
HISTORIARUM  
HISTORIARUM  
AD SILEVIANE ETIENNEZ  
ET CLODAGA  
CLODAGA CHRISTIANUS SERVITIUS  
HISTORIARUM  
HISTORIARUM



ORIGINUM BIPONTINARUM  
PARS II,  
SIVE  
HISTORIA COMITUM GEMINIPONTIS  
GENEALOGICO - DIPLOMATICA.

*Prologus.*

Postquam operis huius parte prima omnem re-  
rum Bipontinarum memoriam, quatenus anti-  
quus regionis nostrae Blesensis vicinarumque  
status illustrari, ex eoque origines Comitatu-  
um hereditariorum ac Dynastiarum peculiarium deduci  
debebant, diligentius complexi sumus, & maxime ortum  
tum Comitatus Bipontini, tum familiae veteris Comitum Sa-  
Arae-

raepontanorum, quae stirps est gentis illustrissimae Comitum Geminipontis, ex fontibus suis, hoc est, patrimoniis familiisque Dynastarum Salicorum atque Comitum Altaicorum repetivimus: progredimur iam ad Bipontinorum Comitum historiam genealogicam ex rerum ab iis gestarum documentis chartisque veteribus eruendam. Aliquam eorum notitiam iam seculo XVI aperire studuit Bernhardus Herzog (a), chronographus Alsatiae haud ignobilis. Sed cum is aequa ac caeteri schematum genearchicorum confessores (b), qui illum maximam partem fecuti sunt (c), saepius a veritate historica aberraverint, illam

- (a) In Chronico Alsiae, L. V. p. 36. sqq. Quae is in primis de Comitibus Geminipontis, qui dominium Bitense tenuere, commemoravit, haud contemnenda videntur: antiquiora vero, & ea, quae ad Comites Bipontinos in Geminoponte spectant, partim conficta, partim erronea sunt ac iejuna. Sufficerat id temporis genealogorum & historicorum consuetudo, ut ex libris torneamentorum, praesertim ex G. Rüxneri albo mendaciorum pleno obscuram & mancam antiquitatis partem collustrarent, fabulisque male confictis contaminarent. Sed recte haec hodie tanquam absurdia, ridicula contemnuntur, reiiciuntur. Cf. Orat. de Biponto, veteris olim Comitatus, nunc Ducatus Bipontini metropoli. Bip. 1731. p. 11. not.
- (b) Jam ante Herzogium W. Lazius in libro de migratt. gentium edit. 1512, p. 133. exhibuit Genealogiam Comitum de Zwaybruck; sed ea prorsus futile est.
- (c) Herzogium, qui consentaneam iis, quae in Chronico dixit, Genealogiam Mscram contextuit, contextamque Joanni I, Duci Bipontino, genealogiarum amatori-curioso, a. 1610 XXXV trans-

illam perturbato rerum temporumque ordine ac confusis personis compilaverint, denique ob documentorum penuriam nihil nisi imperfectum ac rude reliquerint: iam ante hos septem annos novum (d) familiae Comitum Bipontino-  
rum

transmisit, secutus est Alexander *Wiltbemius* S. I. in tabula inscita. Quae in Eliae *Reufneri* Operis Geneal. Cathol. auctario & Gabr. *Bucelini* Germaniae topo-chrono-stemmato-graphicae P. II, p. 3. Bitsch. Com. reperiuntur schemata Comitum Bipontinorum, fere nullius pretii sunt. Eadem vestigia pressit superiori seculo *Spenerus* in Theatro nobilitatis Europaeae, Francof. 1663. P. II, p. 56 & indice sub voce *Zweybrücken*, item in Historia insignium illustrium s. oper. herald. part. spec. Francof. ad Moenum 1680, L. II, c. XLI, p. 462 & 463. Atque eundem videtur habere auctorem tabula, quam in opere magno Genealogico quodam inscito inveni. Neque *Hübnerus* habuit alium, quo duce uteretur in exprimenda genealogia Comitum Bipontinorum, Genealogische Tabellen zweyter Theil, tab. 482. cf. tab 362. Ex eodem tandem fonte fluxerunt ea, quae ill. *Pütterus* in compendio historiae statuum Germanicorum, inscripto: *Handbuch von teutschen Staaten*, III Pfalz, §. 14, p. 354 sqq. de Comitibus nostris tradidit, in fine tamen eiusdem libri p. 530 sqq. emendavit.

- (d) Venerabilis Abbas *Calmetus* in historia sua Loth. edit. recent. T. II, Dissert. p. XXIX, du Comté & des Comtes de Bitche. & Tom. III, Additions & corrections p. X, Remarques fur les Seigneurs & la Seigneurie de Bitche, collegit quidem varia, quae ad Comitum Geminipontis ac Dominorum in Bitis familiam pertinent: sed sunt ea mutila atque hiantia. Difficile nimirum est vastum peraganti campum, omnes eius

rum lumen affundere coepimus (e). Ab hisce vero initiis, quae ipfa non ingrata viſa sunt (f), profecti quum rerum Bipontinarum & originem & progressionem curatius persequeremur: factum est, ut quae nobis tum inchoata excederunt, absolvere pigeret, meliori iure eruditorum eorumque, qui res patrias amant, gratiam auctuatuſos. Atque hunc laboris fructum deinceps uberiorem speramus, quum ad ea iam pervenerimus tempora, quae, quo propiora sunt, eo maiorem documentorum chartarumque veterum copiam nobis afferunt, quae omnibus historiae intelligentibus non potest non esse iucunda. Tam felici enim mihi esse licet, ut qua primum indulgentia augusti Principis, qui res Bipontinas sapientissime moderatur, ad aggredendum

---

regiones partesque diligentius obire. Curatius quaedam ad Comites nostros spectantia traduntur in *Oratione de Biponto*, p. 9, 10 & 11, & adnot. ibid. atque in schediasmatum Germanicorum, quae G. Chr. Joannis, avus post fata etiam mihi colendus, Calendariis Bipontinis singulis annis adiungenda curavit, illo, quo agitur de urbe Zweybrücke, fol. 2, not. a. Noluit vero idem pleniorē suscipere commen-tationem, in qua sine dubio operam positurus fuisset, si instructiorem se ad historiam hanc vidisset.

- (e) In scripto, quod titulum praefert: Genealogia veterum Comitum Geminipontis ex diplomatis optimisque scriptoribus eruta. Specimen I stemma veterum Comitum Saraepon-tis & Geminipontis ad eandem stirpem referendorum ex sec. XI, XII, XIII exhibens. Accedunt diplomata undecim. Bi-ponti, c16cc5.
- (f) Quod publice testati sunt ephemeridum litteriarum Lipsien-sium scriptores, ad a. 1757 die 23. Jun. n. L, p. 442 sqq.

dum qualemque hoc opus adductus sum, eam perenne  
sentiam, ac virorum generosorum atque perillustrium,  
quos sibi elegit reipublicae gerendae ministros, singulari  
in me beneficio confirmatam: eademque Viro Amplissi-  
mo, qui praefecturam tabularii Bipontini habet, facultate  
ad liberalem mihi gratificandi voluntatem in dies ma-  
gis ostendendam largiatur. Ut autem distinete & ordi-  
nate historiam hanc persequamur, eam in quatuor mem-  
bra, quae sectiones vocantur, dispertire placet, quorum pri-  
mum comprehendit vitam Henrici I eiusque filii Henrici II  
bellicos, qui Comitatum Geminipontis inde ab ultimo  
seculi XII decennio per nonaginta &, quod excedit, annos  
indivisum tenuerunt & auxerunt. Henricus autem belli-  
cosus quum tres reliquerit filios, familiarum separatarum  
conditores, Simonem Comitem Geminipontis atque Do-  
minum in Eberstein, Eberhardum Comitem Geminipon-  
tis ac Dominum in Bitis, & Walramum Comitem in ipso  
Geminiponte: triplex haec propago materiam suppedita-  
bit tribus sectionibus. Secunda igitur illustrabitur familia  
Bipontina transrhenana s. Ebersteinensis, quae spatium ver-  
sus seculi XIII medium progressa est (g); tertia lucem

A 3 af

---

(g) De his Comitibus iam egit Ampl. G. E. L. Preuschen in com-  
mentatione inscripta: Beyträge zur Erläuterung der Successions-  
ordnung in teutschen Reichsländern, wie solche in denen mittle-  
leren Zeiten an Enden des Schwäbischen Rechts üblich gewesen  
ist, aus dem Hause der Reichsgrafen zu Eberstein, in Schwa-  
ben, deren Geschichte und Geschlechtsreihe zugleich kurz untersu-  
chet worden; III Stück, Fortsetzung §. XVI - XXIV vide Carls-  
ruher

afferemus clarissimam familiae a Walramo prosatae, quae in ipso Geminoponte sedem collocavit & usque ad seculi XIII exstinctum floruit; quarta tandem Eberhardigenas sive Comites Bipontinos Bitenses (h), quorum gens a. c. l. LXX extinta est, ita complectemur, ut eam potissimum huius particulam, quae seculo XIII exeunte terminatur, uberioris illustremus, eos vero, qui inde per CLXX annos Dominium Bitense una cum parte terrarum quondam Bipontinarum tenuerunt, brevius describamus. Subiungemus tandem toti operi indices quatuor, primum topographicum, tum personarum, dein onomasticum & iuridicum, tandem historicum, quibus omnia, quae in ambabus originum Bipontinarum partibus occurrunt memorabilia, in suas classes redigemus, atque sub eruditorum aspectum opportunius venire iubebimus.

## SEC-

---

ruher nützliche Sammlungen, Vol. I, p. 361-381. Multa tamen deficientibus documentis a viro illustri minus recte dicta aut male coniecta. Iam ex vita Henrici II patebit.

- (h) Ad hos potissimum respexit *Herzogius*, qui cum inde ab anno c. l. LXX Comitis Hanoviensis esset a consiliis, & praefectus Wafgoviae Woerdensis, tabularium Lichtenbergicum ac Bitense consulere potuit.



# SECTIO I.

DE PRIMIS COMITIBUS GEMINIPONTIS, QUI COMI-  
TATUM BIPONTINUM TENUERE INDIVISUM

HENRICO I & II.

## Caput I.

*De HENRICO I, primo Comite Geminipontis.*

### §. I.

Primus igitur nobis sit Henricus I, Comes Geminipontis, quem filium Simonis I Saraepontani & Advocati Wormatiensis, nepotem vero Friderici Comitis de Saraeponte ac Giselae, heredis amplissimorum in pago Wormatiensi, Spirensi, & Blesensi praediorum Salicorum, fuisse, atque cum fratre Simone II hereditatem ita divisisse, ut hic Saraepontanum Comitatum, ille bona patrimonialia in dictis pagis sita aliaque acciperet, dein Comitis de Geminoponte sive Zweienbrucken titulo insignis (i), supra pluribus ex testimonio Conradi Urspergensis (k), subscriptionibus diplomatum (l), litteris Mathaei I Ducis Lotharingiae ad Volmarum Sarwerdae Comitem datis (m), praediorum feudorumque possessione ex Advocatia Wormatiensi

(i) Vid. *Origg. P. I.*, c. llll, §. V. p. 239 & 240 tabulam gene-

archicam.

(k) I. c. P. I., c. llll, §. V. n. 6, p. 193.

(l) I. c. n. 9, p. 213 sqq.

(m) I. c. n. 7, p. 198-203.

tensi, quam Simon I Saraepontanus tenuit, caeterisque Saraepontanorum iuribus (n), explicanda demonstravimus. Accedit huic demonstrationi novum robur ex domestico documento, quod continetur notitia quadam privata monasterii Hornbacensis absque die & consule, sed uti ex contentis colligere licet, versus seculi XII finem scripta(o). Docet ea, quomodo Abbas Hornbacensis decimas in Medelenesheim, quas Dankeradus f. Tanquardus quidam de Bitis a monasterio iure pignoris habebat, sed tanquam feudum sibi datas praetexebat, unde dein graviores controversiae ortae sunt, rursus vindicaverit: atque dum litis huius tradit historiam, commemorat Simonem Comitem, Advocatum Monasterii, quem Henrici I Comitis Bipontini patrem eumque Saraepontanum Comitem curatior consideratio retegit.

## §. 2.

Nulla autem prior ipsius Henrici tanquam Comitis de Geminoponte mentio nobis reperta est, quam in diplomate Imperatoris Henrici VI, quo Advocatiam in Dirmenstein ab Henrico Comite de Zweienbruggen nomine imperii a. cloclXXXX vel sequente a se comparatam, atque dein Episcopo Wormatiensi concessam denuo profitetur(p). Atque

(n) 1 c. n. 9, p 214-216, §. VI; n. 4, p. 263, 266 & §. V, p. 275 sq.

(o) Videas eam in Decade n. 1 ex registratura cōenobii Hornbacensis descriptam.

(p) In Schumati hist. Worm. Cod. probb. n. xcvi, p. 91 sq.

que principium ultimi decennii seculi XIII videtur quoque natale fuisse Comitatus Bipontini a Saraepontano determinati (q). An. cl<sup>o</sup>cLXXXVI adfuit is cum Simone Saraepontano, fratre, Henrico Comiti Palatino Rheni, atque eius litteras, quibus monasterio Schonaugensi donationem praedii in Opphaue aliaque confirmat, testimonio suo corroboravit (r). Anno sequenti utrumque fratrem inter testes chartae illius famosae, qua dictus Comes Palatinus ad vocatam ecclesiae & civitatis Trevirensis Archiepiscopo resignavit, itidem reperimus: *Simon Comes de Sarbruck* & *frater eius Henricus Comes de Zweienbrucken* (s). Atque etiam noster fuit is, a quo Wolframus, Sifridi de Lapide filius, atque avi materni, Embriconis Rhingravii, heres, advocationem veteris monasterii in Moguntia tanquam feudum habuit (t).

## §. 3.

Hactenus non obvius fuit *Henricus Comes Gemini-pontis*, nisi in monumentis extraneis. Jam vero documentum afferre licet egregium, quo se suamque uxorem ipse in lucem profert. Est vero illud charta Hornbaci d. VIII Jan. a. cl<sup>o</sup>cLXXXVIII data (u), qua consentiente uxori

(q) Confer §. praecedentem cum iis, quae supra iam tradidimus, P. I., c. IIII, §. VI, n. 5, p. 275.

(r) In *Gudenii Sylloge dipl.* p. 50 & *Schannati H. W.* p. 155.

(s) In *Hontbemii hist. Trev.* T. I., p. 631, cf. *Origg. P. I.*, p. 214, not. (o).

(t) Cf. P. I. *Origg.* p. 215, not. (r).

(u) Vid. dipl. III Decadis I.

re sua Hedwige mansum unum in villa Kessheneshoven, duabus leucis a Biponto remota, cum omni iure & preventu praeter ius advocatiae, Abbatiae Hornbacensi donavit: quo beneficio inductus Abbas Wernherus ipsi duos montes appellatos Gutinberg & Ruprechtsberg cum duobus montium cacuminibus inter utrumque istum prominentibus ad erigendas, si, velit, munitio[n]es, contulit. Quia ex familia orta fuerit Hedwigis, obscurum adhuc est.

## §. 4.

Quarto seculi sequentis XIII anno Henricum I Comitem Geminipontis inter Principes, qui in partes Philippi Imperatoris adversus Ottonem IIII descenderant, fuisse, in eorumque conventum, quem Confluentiae egerunt, venisse, docent litterae Philippi Imp. clientelares Henrico I Brabantiae duci datae, quibus simul filiae Ducum Brabanthinorum iure auctae fuerunt, ut deficientibus heredibus masculis, in Brabantiam succederent. His enim subscripsit Comes Henricus de Zwybrugge (x).

## §. 5.

Anno ccccviii interfuit Henricus Comes una cum fratre

---

(x) Denuo eas ex Christoph. Butkens *Trophaeis Brabantiae*, preuves p. 55. edidit J. Jac. *Mascovius* in *Exercit. de nexu regni Lothar.* cum J. R. G. Append. document. n. II, p. 3-5 & ex hoc J. Ad. *Kopp* in deductione, quam inscripsit: *Jus succendi in Brabantiam, quod Serenissima Domus Hasso-Cassellana iure optimo sibi adserit &c.* 1747 Tabb. n. III, p. 5. sq.

tre Simone Saraepontano pacis conciliationi inter Fridericum Ducem Lotharingiae socerumque eius Theobaldum Comitem Barrensem; atque Henricus quidem ex Ducis hominibus fuit, per quos de pacis securitate cautum est (y). Obligaverat se Comites noster Ducis Lotharingiae ad auxilium ferendum adversus ipsius hostes, quod societatis vinculum stilo medii aevi hominum seu ligetas dici solet. Unde non mirum esse debet, Comitem nostrum vocari hominem

(y) Instrumentum pacis huius ediderunt Hugo, qui ficto nomine Baleicourtii usus est, in libro: *Traité historique & critique sur l'origine & la généalogie de la Maison de Lorraine &c.* preuves p. ccclxxv ccclxxviii. Particula eius, quae hoc pertinet, haec est; *Si vero, (quod absit) Dux vel frater, vel homines sui in Comitem vel in filium suum, vel in castellum eorum manum miserint, nullum inde placitum fiat, sed sine placito ostagii huius pacis de pace fracta in conventiones incidervint, & ad Comitem & ad filium eius post ipsum cum feudis suis, laude Ducis, per hominum se tenebunt, ab hac tamen conventione excipiuntur Comes Dasbor, Comes Sigibertus, Comes de Sarebruge, Comes de Geminoponte, Comes Stephanus Burg: Simon, Dominus Jovisvillae. Quodsi aliquis istorum Comiti vel suis malum fecerit, non idcirco pax dicetur infraacta. Sed Dux erga eos ad posse suum in bona fide Comiti & suis tenebitur subvenire. — Ad confirmationem autem huius pacis, Dux saepe dictus pacem istam & omnes conventiones in ea contentas se observaturum iuravit, & ostagios tenendae pacis adsignavit, Odonem Ducem Burgundiae, cum litteris suis apertis, & fidei iuramento, homines etiam suos, qui subscripti sunt, videlicet Henricum, Comitem Geminipontis &c.*

minem Ducis; praesertim cum vel ipse Dux nonnunquam fuerit homo Episcopi Metensis (z).

### §. 6.

In dissidio regni, quod Friderico II adversus Ottōnem IIII in regem lecto coortum est, stetit Henricus noster ab illius partibus, uti antea cum Philippo Imperatore fecerat. Hinc Friderico regi, castra prope Juliacum habenti, ad expeditionem praesto fuit. Insigni enim illi privilegio, quo ibidem dictus rex sacrum ordinem equitum Teutonicorum a. cloccxiii ornavit, subscriptis inter Germaniae proceres, qui frequentissimi tum adfuerunt, *Henricus Comes de Geminoponte* (a). Atque cum idem Rex aliquot post annis expeditionem adversus Saracenos cum pluribus Germaniae principibus ac comitibus paraverit, qui tamen apparatus mutato imperatoris consilio effectu carere, Henricum etiam nostrum sese accinxisse, narrat, nec scio quo auctore, *Herzogius* (b). Eundem Comitis nostri sensum prodere videtur subscriptio diplomatica, quo Godfridus

(z) Poteſt tamen eſſe, ut Henricus homo vocatus fit, ob vasallagium, quo obſtrictus fuit Duci. Fuit enim caſtrum Mœrſperg in Lotharingia, gallice, Haut-Marimont, quod Comites Bipontini poſſederunt, ſeculo certe XIII exeunte feu- dum Lotharingicum.

(a) Privilegium hoc excludendum curavit Teutonicus ordo in Deductione cauſae ſuae adverſus Principes Hassos maiori, inſcripta: Historisch-diplomaticher Unterricht 1751. Beylegen ad Sect. I, n. 3. cf. etiam ibidem n. 4.

fridus Comes de Sponheim monasterio Wernerivillano va.  
ria dedit dona, in arce Starckenburg scripti a. cloccxviii  
xii Kal. Aug. regnante Friderico rege (c).

## §. 7.

An. cloccxxi Spirae praesens fuit, ibique testimonio suo confirmavit litteras, quibus Conradus, Spirensis & Metensis Episcopus, Imperialis aulae Cancellarius & Imperatoris per Italiam legatus, ecclesiam in Godramstein monasterio Hornbacensi, tum valde in utroque statu & disciplinae & domestico valde collapso, ad inopiam eius sublevandam, ut vulgo loquuntur, incorporavit (d). Anno sequenti controversiam, quae inter monasterium Wernerivillanum & Petrum militem de Morsperg de alladio quodam in Dumenheim, vico ad castrum Morsperg, cuius dominium tenebat Comes noster, spectante, quondam a Bertholfo milite a Bugkeheim ecclesiae Wernerivillanae donato diu agitata fuerat, ita composuit, ut Petrus de Morsperg iure suo se abdicaret (e).

## §. 8.

Dubito autem, an Henrico I Comiti aut filio Henrico II adscribendae sint chartae a. cloccxxxiiii & triennio post scriptae. Prima illarum testantur Henricus Geminipontis

B 3

&amp;

(b) In Chron. Alsat. L. II, p. 43.

(c) Obtinet illud locum I Decadis II.

(d) Diploma hoc est III in Decade nostra I.

(e) Vid. Dipl. III Dec. I.

& Henricus de Castris Comites, Fridericus de Rinescheit & Walterus de Brucken dynastae, Siegardum militem de Mœrsperg allodium suum apud Dumenheim monasterio Wernerivillano contulisse (f). Altera autem a Theodoro, Archiepiscopo Trevirensi, Joanne Metensi & Conrado Spirensi Episcopis a. clcccxxxvii data est, & articulos compositionis inter Abbatem Conventumque Hornbacensem & Henricum Comitem Geminipontis ipsorum advocatum factae complectitur (g). Documentum ea simul est clarissimum, advocatiam Hornbacensem, quam olim tenuerat familia Salica, huius per feminas propagini, Comitibus Bipontinis mansisse integrum.

## §. 9.

Qui autem litteris iisque binis a. clcccxxxviii scriptis (h) se hominem ligum Jacobi Episcopi Metensis proficitur Henricus Comes Geminipontis, is ob temporis & argumenti rationes videtur esse filius, Henricus II. Init enim

(f) Chartae huic locum V assignavimus in Decade I.

(g) Dedimus in Dec. I, n. VI, huius pactionis particulam, quam in Deductione pro iuribus Ducum Bipontinorum in Abbatiam Hornbacensem adversus Spirenses Episcopos, scripta anno 1631 excusa invenimus: Gründliche ausführliche Information, wie es mit deren unlängsthin de facto beschehener Occupirung und Einnehmung des Fürstlichen Pfalz-Zweibrückischen Klosters Hornbach, und desselben Pertinentien hergegangen ic. Beylagen des I. Theils, zu dem Zweybrückischen Berichtsschreiben n. V gehörig n. 4, p. 36.

(h) Eae in Decade I locum VIII & VIII occupant.

enim in illis societatem bellicam , eique se ad auxilium ad-  
versus hostes quoscunque ferendum obligat , seu , ut stilo  
aevi istius loquamus , homo ligius fit Episcopi ; qualis  
paetio magis in virum belli laude calentem , quam in se-  
nem aetate iam proiectiorem cadere mihi videtur . Neque  
enim , cum non omne hominum ligium fuerit vassallagium ,  
nec vasallagium omne adiunctam habuerit ligetatem , hanc  
explicare licet nisi de foedere , quo principes prudentiores  
sibi in aliorum copiis bellicaque virtute parare studuerunt  
praesidium(i) . Quare etiam ii Germaniae principes , qui  
nullum ab Imperatore & imperio habent feudum , sed terras  
suas patrimoniali iure possident , ligetate tamen obstricti sunt  
Imperatori , quae obligatio est personalis ; atque haec est  
causa , ob quam in omnibus paetionum formulis hominii  
ligii , quo quis se alteri devincit , Imperator excipiatur ,  
ad quem scilicet ante omnes contra quoscunque hostes ad-  
iuvandum obligati erant . Potuit quoque quis pluribus se  
devincire tanquam Dominis ligiis , ita tamen , ut alter eorum  
altero melius ius haberet . Sic Henricus noster primario  
fuit ligius Imperatoris , tum Episcopi Metensis , dein Du-  
cis Lotharingiae(k) . Atque cum hac sententia nostra pror-  
sus

---

(i) Placet igitur eorum rectior sententia , qui hominem ligium pro  
confoederato tantum habent ; *Besoldus* in thesauro practico ,  
voc. *Ligisch-Lehen* . Praeclare etiam in hanc vocem pro mo-  
re suo commentatus est *Fresnius* .

(k) Non igitur ligius fuit is , qui uni soli fidem promisit contra  
omnes ; quam recentiorem vocabuli notationem esse recte  
notat *Grotius* de Jure belli & pacis L. I , c. III , §. 23 . Quae  
ibidem *Gronovius* animadvertisit , ab antiquitate vera sunt aliena .

ius contentiunt, quae *Meurissius*, Episcopus Madaurensis, scriptor historiae Metensis domesticus fideque dignissimus, ex tabulis archivi episcopalnis colligit. Is enim quamvis inter homines Episcopi praeter Duces Lotharingiae, Comites Barrenses, Lucemburgicos, caeteros, etiam referat Comites Bipontinos (x): nullum tamen, cum dein feuda Metensis recenset, adducere potuit, quod Comitibus nostris ab Episcopis fuerit concessum (1). Atque etiam nobis in singulorum castrorum terrarumque Bipontinorum Comitum, quae adhuc commemoravimus & deinceps cognoscemus, naturam inquirentibus haud unum obvium fuit, quod feudi Metensis habitum induerit. Castra Gemini-pontis, Hornbacum & Tabernarum montanarum allodia-filia fuere. Castrum Landeck feudum fuit imperii. Morberg castrum a Duce Lotharingiae beneficij loco seculo XIII exeunte habebant Comites nostri. Stauffense castum dominiumque primum fuerat patrimoniale ac dein Treviren-si ecclesiae in feudum oblatum est, post autem a Wormatiensi ecclesia dependens fuit. Nihil de caeteris minoribus dominiis villisque iam dicam, maximam partem allodialibus, de quibus suo dicetur loco. Nihil igitur ex litteris istis colligi potest, quam Comitem nostrum foedus iniisse cum Episcopo, quod ipsa etiam illarum verba clare facili-  
produnt.

## §. 10.

Filium autem Henricum II aperte produnt litterae, qui-  
bus

---

(1) *Histoire des Evesques de Metz*, preface p. 30.

bus Henricus Comes Geminipontis & Agnes uxor eius pro remedio animarum suarum & parentum suorum ecclesiae Wernerivillanae XXXX solidos de censibus suis in Ensmyngen annuatim percipiendos legarunt an. cl<sup>o</sup>cxxxviii forte nuptiali (m). Quum Henricus Comes cum uxore Agneta ex eo tempore usque ad a. cl<sup>o</sup>cclxxxii in chartis atque monumentis obvius sit, certo colligitur, eum ab Henrico I, qui ab a. cl<sup>o</sup>cxxxx Comitatum tenuit, esse diversum, adeoque filium, de quo Cap. II & III pluribus agemus.

## §. II.

An praeter filium cognominem ex coniuge Hedwige genuerit liberos, dicere non possumus. Adscribenda ramen ipsi tanquam filia videtur Agnes, Ludovici, nobis III, Comitis Sarwerdani, uxor, quae una cum marito liberisque iam a. cl<sup>o</sup>cxxxiii occurrit (n). Personatus enim ille scriptor Baleicourt ad a. cl<sup>o</sup>cxxxxvi illam Comitissam Geminipontis fuisse tradit (o), absque dubio ex documentis certis. Neque est, quod de eo dubitemus.

## C

---

(m) Charta haec est ultima in Decade I.

(n) Vid supra P. I, cap. III, §. III, n. 1. p. 133.

(o) Traité hist. & critique sur l'Origine de la Genealogie de la Maison de Lorraine &c. Berlin, 174 preuves p. XLVII in nota: *Le premier Comte de Sarwerden, qui m'est connu, s'appelloit Louis, il ne vivoit qu'en 1246, & avoit épousé Agnes, Comtesse de Deuxponts.*



# Decas I

Diplomatum vitam, ac familiam Henrici I, Comitis  
Geminipontis, illustrantium.

Ad Cap. I.

## I.

Notitia monasterii Hornbacensis de dissidio super decimis in Medelenesheim sec. XII agitato, in qua privilegii monetae ab Henrico V Imp. Abbatibus concessi, & Comitis Simonis (I Saraepontani) Advocati Hornbacensis mentio fit. *Ex Registratura Hornbac.*

*De gerra decimarum Medelenesheim (a) notum sit omnibus scire volentibus, quod Imperator altae memoriae Henricus ultimus (b) buc veniens Abbatis Hilderici temporibus monetam huic loco, quam prius non habuimus, iuris sui stabilitate*

- (a) Medelenesheim hodie Medelsheim, occurrit iam 888 in charta Arnolfi Imp. vid. Origg. P. I, c. 1, p. 19 & not k & c. II, §. VI, p. 55. not (l.) Spectavit vero eadem villa sec. XIII ad Duces Lotharingiae, tamquam Dominos Bitenes. vid. l. c. c. IIII, §. V, n. 1, p. 201 & 202. not. (b.) Transiit postea in dominium Comitum Bipontinorum Bitensium, hodie vero est ditionis Leyanae atque Dominio castri ad Blesam subest. Monasterium Hornbacense etiamnunc ibidem decimas colligit.
- (b) Henricus VI Imperator, qui iam vivo patre eoque absente ab a. cloCLXXXVIII imperium administravit, testante charta apud Calmetum in Hist. Loth. T. II, p. CCCII edit, vet.

bilitate sub Abbatis concessit ymagine ♂ in memoriam huius facti equum pro VI talentis (c) emptum accepit, cuius pecuniae Danckeradus de Bitis (d) fideuſſor factus decimas memoratas in pignus, donec solverentur, ipſe temporis illius scoletus obtinuit. Erant autem in eadem villa Medelenesheim duo fratres Kuno videlicet ♂ Gotebertus, qui pignus illud a Danckerado in pactum certae mensuræ per aliquot annos acceperunt ♂ Abbatē Hilderico de medio factō, cum ei successisset Abbas Adelo (e) ♂ ipsas decimas iure pignoris solvere voluſſet: Dankeradus predictus professus est, se decimis eisdem inbeneficiatum fuiffe: ♂ idem beneficium secundum iusticiam civium comprobare paratum esse. Die statuta cum reliquiae prolatae fuiffent, ♂ ipſe lotis manibus accessiſſet, nutu coruptus divino ♂ beato medianite Pirmimio iuravit veritatem affirmare

C 2

- 
- (c) Talentum faepius pro libra & marca apud medii aevi scriptores sumi, docuit du Fresne, Gloss. med. & infimae latinitatis hac voce.
  - (d) Fuit is ex ordine militari & quidem ministerialis Bitensis. Inter eos, qui Friderici de Bitis, filii Mathaei Ducis Lotharingiae, confirmationem fundationis monasterii Sturzelbronnenfis a. cloclXXXVI factam testimonio suo confirmarunt, occurrit etiam Tancradus. Calmeti hist. Loth. T. II. probb. p. CCCXI sqq.
  - (e) Vterque Abbas Hildericus & Adelo, in serie Abbatum, quam ex monumentis Hornbacensibus struxi, adhuc mihi defuerunt. A. cloclXXX Abbatiae praefuit Conradus Abbas & a. cloclXXXXVIII Wernherus. Inter utrumque igitur Hildricum & Adelonem vixisse existimo.

affirmare pro falsitate, quod eum videlicet ipsae decimae nihil constarent, nisi pro statuto pignore. Deinde Dominus Dankeradus talem passus defectum & convictus cum omnia beneficia ipsius, quae ab Abbe habuisset, sibi fuissent abdicata & in vendicationem Abbatis diiudicata, filiastrae suae Adelheidi matri videlicet Landoldi pecuniam pignoris memorati contradicit, & ipse post paucos annos mortuus fuit. Quo defuncto filius ipsius iunior Dankeradus (f) instinetu & pecunia Canonicis de Medelenesheim inductus pignus memoratum pro beneficio invasit, predas egit, monachos captivavit & Dominum suum Ducem (g) cum Advocato nostro Comite Simone (h) & Comite Volmaro de Castello (i) pariter moleste vivere fecit. Tandem ad hoc venit, quod dominus Dankeradus Abbatii predas reddere oportuerit, & Dominus Abbas sicut diiudicatum fuit, cum duobus ecclesiae ministerialibus, quorum hec fuerunt nomina, Egilofus & Adelhemus, probaverunt iureinurando, quod pater ipsius in confirmatione memorata defecerit, & sic Dankeradus cessavit & ecclesia nostra decimas predictas per iusticiam

(f) A. 1208 vixit Trancraie de Bitche, *Calmet. hist. Loth.* edit. nov. T. III, *Additions & Corrections*, p. IX. Remarque sur les Seigneurs & la Seigneurie de Bitche, not. (b.)

(g) Ducem Friedericum de Bitis, cuius quippe tum fuit & Castrum Bitis & villa Medelesheim.

(h) Simonem I Comitem Sarapontis, patrem Henrici Bipontini; tum Advocatum egisse Hornbacensem, facile colligitur.

(i) Nescio an Folmarus I Comes de Castris ea aetate superstes fuerit. Melius vero, Folmarum II iam tum Comitatum administrasse, coniicere mihi videor.

*ficiam retinuit & possedit. Deinde Cuono predictus iterum Dominum Landoldum filium Domnae Adelheidis, cui Danke-  
radus senior pecuniam pignoris memorati dederat, precibus at-  
que magna pecunia sollicitavit & ad hoc induxit, quod idem  
pignus memoratum pro beneficio invasit, predas & incendia fe-  
cit, nec ipsis monachis pepercit, donec Abbas auxilio Advocati  
& multorum ingenuorum iusticia mediante sicut prius a Dan-  
kerado victoriam obtinuit, & matri Domini Landolfi preben-  
dam in ecclesia maiori pro solucione decimarum & confirmatione  
pacis concessit.*

## II

*Excerptum ex diplomate Henrici VI Imperatoris super concambio a se cum ecclesia Wormatiensi inito, in quo is advocationem in Dirmenstein ab Henrico Comite de Zwinbruggen circa a. 1191 comparatam dicit.  
A. 1196. ex Cod. probb. hist. Wormat. Schannat.*

*In nomine sancte & individue Trinitatis. Henricus sex-  
tus divina favente clementia Romanorum Imperator semper  
Augustus & Rex Sicilie. — Inde est, quod tam presentibus,  
quam futuris innescere volamus, commutationem seu con-  
tractum qui celebratus est a nostra maiestate, nomine Imperii,  
ex una parte, & Cunrado secundo, dilecto principe nostro, Wor-  
matiensi Episcopo, (a) nomine Wormatiensis Ecclesie, ex al-  
tera*

C 3

ter

---

(a) Quum Conradum II Episcopum Wormatiensem d. XVIII Jan.  
electo CLXXXII mors sustulerit, Henricus vero VI Imp. anno  
praece-

teria parte, **D** ab Ecclesia S. Martini ex tertia parte; cuius  
contraetius forma hec est: *Advocatiam in Dirmstein (b), quam  
ab Henrico Comite de Zueinbruggen, nomine Imperii compa-  
ravimus (c) D aliquamdiu libere tenuimus, auctoritate Impe-  
riali concessimus prefato Wormatiensi episcopo, D successoribus  
eius in perpetuum sub eo tenore, ut quicunque fuerit Wormatiensis  
Episcopus annuatim salvat Ecclesie S. Martini ad pre-  
bendam Fratrum XVI libras —.* Acta sunt hec imperante  
Domino Heinrico invictissimo Romanorum Imperatore semper  
Augusto, **D** Rege Sicilie Anno Imperii (d) eius XXVI Imperii V  
Regni vero Sicilie II Anno Dominice incarnationis MCXCVI.  
Indict. XIII. — Datum apud Wormatiam. III Idus Junii.

III

praecedenti patri Friederico I in imperii monarchia successe-  
rit, atque statim generalem procerum conventum Worma-  
tiae celebraverit: patet, contractum hunc initum fuisse a.  
cl<sup>o</sup>CLXXXI; vid. Schannati hist. Worm. p. 361 ad a. 1191.

- (b) Dirmstein ab antiquo caput est sedis ruralis dioecesos Wor-  
matiensis. Advocatia autem significat iura Comitatus, quae  
ibidem Henricus I Bipontinus, Simonis I Saraepontani, Ad-  
vocati & Comitis Wormatiensis filius, habuerat; cf. supra  
P. I, c. llll, §. VI, n. 4, p. 266. not. (p) & § VII, p. 375.
- (c) Comparavit igitur hanc advocatiam Imperator ab Henrico Bi-  
pontino, nisi ante annum cl<sup>o</sup>CLXXXI, hoc ipso certe anno.  
Atque sic Henricus noster Comitatum Geminipontis iam a  
principio ultimi decennii sec XII possedit.
- (d) *Lege regni.* Ab anno enim cl<sup>o</sup>CLXVIII, quo Fridericus Imp.  
Aquisgrani filium Henricum coronandum curavit, hic annos  
regni numeravit, annos autem Imperii ab a. cl<sup>o</sup>CLXXXI, quo  
patri defuncto successit in imperii monarchia.

### III.

Literae donationis mansi in villa nuncupata vulgariter  
Kessheneshoven factae monasterio Hornbacensi d. VIII.  
Jan. 1198. Ex chartulario Hornbacensi.

*In nomine sancte Trinitatis. Henricus Comes de duobus pontibus notum sit omnibus hanc paginam intuentibus tam modernis quam posteris, quod nos consensu dilecte coniugis nostre Hedewigis (a) omniumque heredum nostrorum ecclesie S. Pirminii in Hornbach & fratribus ibidem Deo famulantibus mansum unum contulimus in villa, que dicitur Kessheneshoven (b), ut idem mansus cum omni iure & provenitu eidem attineat ecclesie preter ius advocatie (c) quod nobis retinemus. Ob hanc vero nostram tradicionem Dominus Wernerus venerabilis Abbas ecclesie memorate fratrum & ministerialium suorum atque burgensum consilio contulit nobis duos montes & nostris successoribus i. e. heredibus ad erigendas in eisdem montibus municiones seu castella (d) quorum montium alter*

- 
- (a) Quibus nata fuerit parentibus, non habeo quod dicam. Eam aliquando existimavi genere fuisse Wildgraviam, cum Henricus II eius filius consanguineus fuerit Conradi Comitis Silvestris, & utraque gens Bipontina ac Wildgravica in communitate possederit dominium castri Morsberg in Lotharingia. Huic tamen conjecturae nimium tribuere nolim.
  - (b) Vicus binis leucis a Biponto in regione montana situs.
  - (c) h. e. iuribus Comitatus, seu ut recentiori stilo loquamur, superioritate territoriali.
  - (d) Insignem hic sibi praerogativam tribuit Comes munitionum erigendarum.

alter vulgari nomine Gutinberc appellatur, alter vero ab adiacente villa Ruprektisberc (e) nominatur, lege tamen tali eisdem montes nobis tradidit, ut si quid in posterum de cultura hominum in fructibus terre in eorundem montium proveniat terminis, de hisdem fructibus decimationes ad sue cedant usus ecclesie. Si vero in pede montis homines forte aliquos habitare contigerit, idem habitatores de areis & hortis censum secundum curtis ad quam spectat consuetudinem tenebuntur persolvere. Idem contulit nobis duo promontoria id est duorum montium cacumina inter predictos posita montes, ut liberum sit nobis in ipsis promontoriis municiones si velimus erigere. Ea quoque lege ut cetera horum spacia promontoriorum totique ipsorum termini cum omni iure ad suam, sicut ante, attineant ecclesiam. Ut autem hec nostra tradicio rata & inconvulta permaneat, sigilli nostri impressione hanc signantes cartam communivimus & testes adiungimus. Ego Henricus Comes de duobus pontibus cum dilecta coniuge Hedewige recognosco & contrado presentibus & astanibus nostris fidelibus Johanne de Sarbrukk, Rorico de Merkisheim, behelmo de duobus pontibus hildeggero heinrico itemque Syfrido ceterisque multis tam nostris ministerialibus quam extraneis vel alienis. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini Millesimo centesimo XCVIII. Ind. prima quinto Iulius Januarij. Data in Hornbach. feliciter amen.

III.

---

(e) Rupertsberg castrum prope Neostadium ad Hartam situ mest, cuius an e regione mons Gudinberc sit, nescio.



## III

**Unio ecclesiae in Godramstein cum monasterio Hornba-**  
**censi facta d. 27. Oct. 1221. Ex Registratura Hornbac.**

*Conradus Dei gracia Metensis & Spirensis Episcopus Imperialis aule Cancellarius & totius Ytalie legatus (a) universis huius page inspectoribus veritati subscripte fidem. Universitatem vestram credimus non latere, qualiter Hornbacensis Ecclesia in spiritualibus floruit & in temporalibus habundavit ab antiquo, nunc seu per advocatorum seviciam sive Abbatum negligenciam sive per Monachorum insolenciam sive etiam propter multas & malas quas passa est ipsa Ecclesia tribulationes adeo est in utroque collapsa, quod nisi celeri presidio succurratur eidem; vix in perpetuum resurget. (b) Nos igitur super ip-*  
D  
suis

- (a) Singularis est titulus totius Italie legati, quem in hac charta gerit Conradus, Spirensis primum deinde etiam Metensis Episcopus, atque trium ex ordine Caesarum, Philippi, Ottonis & Friderici II Cancellarius. Mirum est, cum non observatum fuisse B. Malinckrotio eiusque editori Wenzkero in libro de Archicancellariis S. R. I. ac Cancellariis Imp. aulae in collectis Archivi & Cancellariae iuribus recuso, p. 349, quum Lehmannus in Chron. Spirensi L. V, c. lxxvii, edit. 1612, p. 581 non solum hunc titulum ab ipso in Italia usurpatum fuisse animadverterit, sed etiam eius rationes enarraverit. Usus autem illo est Conradus etiam in Germania, teltante hac nostra charta.
- (b) De collapse iam sec. XI statu monasterii Hornbacensis, eiusque reformatione vid. Trithemii Chron. Hirsaug. P. 1, p. 275.

sius afflictione pia gestantes viscera parochiam de Goderamstein (c), cuius ius patronatus ad ipsam Ecclesiam spectare dinoicitur intuitu Ihu Christi & ecclesie reformande de bona voluntate & consensu Archidiaconi loci, salvo etiam iure synodali & cathedralico (d), dum ipsam vacare contigerit, concessimus eidem, desiderantes super facto nostro apostolice confirmationis munimen. (e) Ut autem prefata Ecclesia hoc concessso gaudeat in posterum, presens scriptum sigillo nostro & Archidiaconi, eidem tradidimus, communitum, calumpniis adversantibus, si que suborte fuerint, apponendum. Datum apud Spyram VI Kl. Novemb. Anno Dni MCCXXI indictione VIII. Testes etiam sunt: Conradus maioris ecclesie,

Hen-

- (c) Godramstein villa haud procul a Landavio oppido sita in dioecesi & pago Spirensi etiamnum sedes est Curatorum redditum Abbatiae Hornbacensis.
- (d) h. e. iurisdictione ecclesiastica olim in synodis dioecesanis exerceri solita, in quarum locum successere dein Consistoria Episcopalia. Opus autem erat hac conditione, quod Abbatia Hornbacensis, cui contulit Episcopus ecclesiam, dioecesi Metensi continebatur, parochia autem Godramsteinensis dioecesi Spirensi.
- (e) Confirmavit quoque hanc combinationem Honorius Papa anno sequenti bulla, cuius finis hic est: *Alatri VII Idus Junii pontificatus nostri anno sexto. Confenserat Capitulum Spirensse eodem anno, quo Conradus Episcopus Abbatiam ista ecclesia auxit. Quin Sisfridus etiam Archiepiscopus Moguntinus litteris Moguntiae VII Kln. Maii MCCXXVIII datis confirmationem suam addidit.*

*Henricus S. Germani, Conradus sancti Widonis prepositi,  
Albertus Decanus S. Widonis Conradus portenarius Spirensis.  
Laici quoque Henricus Geminipontis (f), Fridericus de  
Liningen comitis, Godebertus de Liningen, Johannes de  
Franckenstein, Rudolphus de Kiselov & alii quam plures ydo-  
nei testes.*

## V.

**H**enrici Comitis Bipontini compositio controversiae inter  
monasterium Wernerivillanum & militem quendam  
de Morsberg super allodio in Dumenheim agitatae  
**1222. Ex Registr. Wernerivillana.**

*Omnibus in Christo fidelibus presentes literas inspecturis.  
Henricus Comes Geminipontis subscripte rei fidem adhibere.  
Cum super allodio de Dumehey (a) quod Bertolffus miles de  
Bugkeheym & Conegundis uxor eius in elemosinam ecclesie de  
Werneswilre legaverunt, inter nomine ecclesie fratres ex una  
parte & Dnum Petrum de Morsberg (b) ex altera lis diutina.*

D 2

ver-

- (f) Henricus Geminipontis Comes ipse fuit monasterii advocatus isque maior. Quibus Episcopus partem tribuere videtur culpae Advocatis, ii fuerunt subadvocati, qui praedis monasterii longe lateque dispersis praeficiebantur.
- (a) Dumeheim viccus infra lacum de Lindre in Lotharingia, in finibus castrorum Morsberg, quod subfuit Comitibus Geminipontis.
- (b) Morsberg castrum, Gallice Marimont, hodie Mesprich, infra lacum de Lindre inter Vergaville & Alberstorf, appellationem dedit

versaretur. Et medio tempore Dominus Petrus fructum elemosine violenter usurparet, huius controversie ansam amicabili compositione sipientes mediante bonorum virorum (c) consilio ita sanare decrevimus, quod dominus Petrus per manum Bde mundi filii sui aliorumque heredum memorato allodio penitus abrenuntiavit, ea tamen pactione, quod si supermemoratum allodium fratres de Werneswilre vendere contigerit, ipsi vel suis heredibus vident, ita ut redditus uxius libre precio decem librarum estimetur, tali nichilominus addita condicione, quo si sepe dictus Petrus vel eius heredes sive homines memoratos fratres vel bona eorum sive etiam homines in aliquo molestaverit, Et a fratribus apud illum vel illos, qui dominabuntur in Morsperg, (d) querala mota fuerit,

dedit huic militi, qui fuit castrensis Comitis nostri. Distinguendum autem est hoc castrum ab alio cognomine supra eundem lacum posito, quod cum dominio Rixingensi coniunctum ad Liningenses venit.

(c) Erant boni homines ex ordine liberorum ii, qui Comiti cum scabinis s. iudicibus placitum habituro aderant sententiisque subscribebant; *Burk* erläutertes *Lehnrecht* p. 255. Ipsos vero iudices etiam vocari bonos homines, recte docuit *Bouquet droit public de France* Tom. I, p. 179 sq.

(d) Ipse Comes noster dominium castri Morsperg tum tenebat, nescio an solus, quum in eo ius quoque habuisse videatur Conradus Wildgravius, quod in vita Henrici II & Decade III dipl. docebimus. Seculo certe hoc exeunte habuerunt illud Comites Bipontini tanquam feudum a Duce Lotharingiae; qui illud a. ccclxxxvii concambio inito cum Comite

libeb

fuerit, nec infra sex hebdomadas emendatum fuerit, ab omni supradicte condicione obligacione liberum erit allodium nec in aliqua conventione obnoxii tenebuntur. Ut autem presens factum firmum maneat & inconvulsus, presenti cedule mediatis incise sigillum nostrum decrevimus apponi. Actum est hoc anno Dominice incarnationis mille ducento XXII  
VII Idus Novembris.

## VI

Litterae Henrici Comitis Geminipontis aliorumque, quibus donationem allodii in Dumenheim a quodam milite castri Mörsberg monasterio Wernerivillano factam confirmant 1234. Ex Registr. Wernerivill.

*Fidelis est literarum custodia, que dum rerum gestarum seriem inconcussa loquitur & emergentibus calumpniis firma prebet abstaculum veritate, Inde est, quod nos quatuor Henricus Comes Geminipontis & Henricus Comes de Castris & Fridericus de Rinescheit, & Waltherus de Brugken (a) scripto*

D 3

presenti

---

Comite Bipontino Eberhardo acquisivit eiusque loco huic castrum Bitis tradidit.

(a) Henricus hic Comes Geminipontis an sit I aut eius filius, non habeo, quod definiam. De Henrico Comite de Castris vid. supra P. I, cap. III, §. IIII, p. 170 Tab III. Quis fuerit Fridericus de Rinescheit, nescio. Coniicio tamen, illum ex ordine Dynastarum fuisse. Talis certe existimandus est Waltherus de Brugken, cuius castrum ac dominium Brucken in regione Blefensi prope fluviorum Oster situm fuit.

presenti ad omnem presencium & futurorum noticiam transmittimus, quod Siegardus miles de Morsberg allodium suum apud Dumenheim eterne retribucionis intuitu & omnia ad illud attinencia scilicet cum hominibus, campis, pratis & nemoribus & vineis Deo & beate Marie virginis in VVerneswilre pro sua & omnium antecessorum suorum salute donacione libera in elemosinam deuotissime contulit. Ut igitur sollempnis elemosine huius collacio firma in perpetuum & inconclusa perseueret, cedulam hanc super his que gesta sunt conscribi & sigillorum nostrorum impressione ac testium qui interfuerunt subnotacione fecimus communiri. Testis Thiedericus de Rueldingen, Wilhelmus de Lieuenberg, Johannes de Brugke (b), Reynerus Caseus Reynerus de Honegke Gerwinus & filius Gerwinus folmarus Setzerede milites & alii quamplures. Acta sunt hec Anno Dni M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXXXIII Nono Kln. Maii apud Werneswilre.

## VII.

Litterae Theodori Archiep. Trevirens. Joannis Metensis & Conradi Spirenensis Episcopp. de transactione Abbatis Hornbacensis cum Comite Bipontino de a. 1237. Ex Deductione iurium Bipontinorum in Abbatiam Hornbacensem a. 1634 edita.

Ts (a) Trevirensis Episcopus, Joannes & Cunradus Metensis,

---

(b) Qui haec tenus certe testes memorantur, fuere ex ordine nobilium, caeteri credo homines militares. Johannes de Brugke filius fuit, Walteri, cf. supra l. c. p. 164. lin. 1 & 2.

(a) Legendum est Theodericus, cuius chartam supra P. I., p. 163. exhibui-

tensis & Spirensis Episcopi, (b) universis tam presentibus, quam futuris, hoc scriptum inspecturis, rei subscripte testimoniū perhibere. Quoniam adeo crescit malitia humane conditionis, & ad malum prona est, potius, quam ad bonum, ideo que bene acta sunt, ne in posterum temeritate aliqua retractari valeant vel mutari, voce testium & literarum testimonio debent eternari.

Notum igitur sit universis, hoc scriptum inspecturis, quod Abbas & Conventus Hornbacensis cum Domino Henrico Comite Geminipontis, Advocato ipsorum (d), ut pacis tranquillitas inter eos ulterior in posterum haberetur, super diversis controversiis compositionem amicabilem conceperunt. Concepte itaque compositionis hi sunt articuli, qui sequuntur—

Anno Domini M C C X X X V I I , pontificatus Domini Gregorii Papae IV anno undecimo, imperante Domino Friderico Romanorum Imperatore & semper Augusto.

## VIII.

exhibuimus. Interfuit vero huic transactioni tanquam Archidioecesanus.

- (b) Illius quidem sub dioecesi continebatur Hornbacensis Abbatia; hic autem adfuit forte ob rationem, quam Henrici llll charta supra P. I, c. llll, §. 2. p. 122. sq. edita docet.
- (c) Rexit tum monasterium Eberhardus Abbas.
- (d) De iure hoc Advocatiae familiae Salice olim proprio, deinde per Giselam Friderici I Comitis de Sarbrucken familie Saraepontanae illato, supra P. I, cap. III & llll passim egimus. Ex primo huius decadis documento vidimus quoque, Simonem Saraepontanum sustinuisse illam, a quo seculo XII exeunte una cum Comitatu Geminipontis pervenit ad Henricum I Bipontinum, huiusque posteros.

## VIII

Litterae Heinrici Comitis Geminipontis, quibus se va-  
sallum Episcopi Metensis esse profitetur de a. 1243.  
*Ex Deductione Bipontina*, quae inscribitur: *Beschwer-  
den über der Französischen Gerichts-Cam mern zu  
Meh und Breybach angemassete Vornehmnen und  
Verfahren wider das Herzogthum Zweybrücken,*  
1683, p. 5.

Ego Henricus Comes Geminipontis *notum facio univer-  
sis*, quod ego *¶* venerabilis Dominus *¶* consanguineus meus  
Jacobus Dei gratia Metensis Episcopus (a) ad ligetatem fa-  
ciendam, quod ego minime confitebar, tandem ad pacem *¶*  
concordiam convenimus, in hunc modum, quod ego ad me re-  
versus confessus fui, *¶* confiteor, me teneri Metensi episcopo  
ad ligetatem (b) faciendam *¶* deveni homo ligius praedicti Epis-  
copi ante Ducem Lotharingiae, cuius post Metensem Episco-  
pum debeo homo ligius esse (c). Datum A. Domini 1243. in  
festo nativitatis B. Mariae. (d)

VIII.

- 
- (a) Jacobi Episcopi soror filiaque Friderici II Ducis Lotharingiae Lauretta cum nupserit patruei Henrici Comitis Simoni III Sarapontano, Henricus illum potuit appellare consanguineum suum. Neque enim praeter hanc affinitatem aliud idque arctius cognitionis vinculum adhuc mihi cognoscere licuit.
  - (b) h. e. ad adiuvandum Episcopum adversus quoscumque hostes excepto Imperatore; quae obligatio erat personalis & foedare eoque inaequali contrahi solebat.
  - (c) h. e. confoederatus Ducis Lotharingiae adversus omnes hostes excepto Imperatore & Episcopo Metensi.
  - (d) Quod incidit in d. VI Iduum Sept. s. d. VIII Sept.

## VIII

Aliae literae eiusdem argumenti de a. 1243. Ex eadem  
deductione p. 6.

*Ego Comes Obrenstein (a) & Ego Henricus Comes Geminipontis notum facimus universis, quod nos confoederationes quas cum Theobaldo de Bar de ipso & de suis servandis habueramus, feceramus (b) annihilamus & ab iis recedimus, quia dictus Theobaldus easdem confoederationes, sicut promiserat, erga nos non servavit, & promittimus venerabili Domino nostro Jacobo, Dei gratia Metensi Episcopo, cuius homines & fideles sumus, quod ipsum tanquam Dominum nostrum invocabimus, & tanquam homines & fideles sui fideliter assistemus. Datum A. Domini 1243 in festo S. Michaelis.*

E

X.

- 
- (a) Mendum hic subesse suspicor. Habebat castrum superioris Lapidis s. Oberstein ea aetate Dominos suos, non vero Comites. Legendum igitur puto *Ego E. Comes Ebrenstein*, qui esset Eberhardus Comes s. Dominus de Eberstein in Suevia, sacer Henrici II Comitis Geminipontis. Comites vero de Eberstein homines & vasallos fuisse Episcoporum Metensium, & ab his oppidum Bretheim cum hominibus S. Stephani trans Rhenum tanquam feudum tenuisse, infra docebimus ad a. 1275.
  - (b) Confoederatio haec videtur fuisse mutua, adeo ut alter alteri se ad auxilium obligaverit ligium. Ipse etiam Dux Lotharingiae a. 1202 sese ligium fecerat Theobaldi Comitis Barrensis, vide *Calmet hist. de Lorr. edit. li, Tom. II, L. XXII, c. 1, p. 538.*

## III X

Litterae Henrici II Comitis Geminipontis , eiusque uxoris Agnetis , quibus monasterio Wernerivillano XL solidos in Ensmingen post obitum suum percipiendos pro celebrando anniversario conferunt . 1249. Ex Registr. Wernerivill.

Rerum gestarum veritas idcirco literarum memorie committitur ne cum labenti tempore effluat , aut pravorum calumpniis subvertatur , Inde est quod Henricus Comes & Agnes uxor mea Comissa Geminipontis notum esse volumus universis , tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis , quod nos communicare manu ad honorem & laudem omnipotentis Dei & gloriose virginis Marie pro remedio animarum nostrarum & parentum nostrorum ecclesie Sancte Marie dilectis fratribus in Werneriville post obitum nostrum contulimus XL solidos Metenses in elemosinam super bona nostra in Ensmyngen (a) qui denarii dicta ecclesie in Werneriville de censibus nostris de Ensmyngen perpetuo singulis annis debent pervenire , tali condicione interposita , quod dicti fratres de Werneriville diem anniversarii nostrorum utriusque persone , de iam dicta pecunia cum missa & pitancia panis allii , vini , & piscium perpetualiter agere per excommunicacionem fideliter & devote tenebuntur , hoc etiam addito , quod in obitu primi nostrorum predictos XL solidos integre & deinceps annualiter percipere debeant , sine aliqua contradictione , quod si forte per aliquem dictorum fratrum in dicta pitancia neglecta fuerit , qui reus est , vinculo anathematis tenebitur strictus , donec hoc fideliter fuerit redimptum . In luis igitur rei testimonium ut bec nostra elemosinata & inviculsa permaneat , presentem paginam super hys conscriptam , sigillorum nostrorum muninime fecimus roborari . Acta sunt bec Anno Dni M°CC° XLIX° in die Assumptionis beate Marie virginis .

(a) Duplex exstat villa huius nominis , altera trans Sarana ad Albam in vicinia castri Morsberg sita , altera cis & ad Saram vulgo dicta Sarensmingen .

## Caput II.

*De Henrico II s. bellico, Comite Geminipontis,  
eiusque uxore Agnete, herede Ebersteinensi, familiisque  
illustribus affinibus.*

### §. 1.

**D**emonstravimus superiori Capite §. 10, Henrico I, Comiti Bipontino filium fuisse, & in Comitatu successisse Henricum II, quem ob res praeclaras gestas bello appellare lubet bellicosum. Antequam vero ad illas illustrandas pergam, dicendum mihi esse sentio de uxore eius, Agnete, eiusque prosapia; praesertim cum plura ea que adhuc incognita habeamus litterarum monumenta, quorum ope non solum rebus nostris Bipontinis, sed Sainensis etiam, Sponhemicis, Ebersteinensibus, & Veldentini gratissimam novamque afferre possimus lucem. Atque in eo versetur totum hoc caput.

### §. 2.

Fuit autem Agnes, quae cum marito suo Henrico II, Comite a. cloccxxxxviii primum occurrit (a), nata Eberhardo iuniori, Comiti Ebersteinensi in Suevia, ex Adelheide, Henrici Comitis Sainensis ultimi sorore atque herede, quae primum nupta Godefrido, Comiti Sponhemico Starckenburgensi, & circa a. cloccxx viduata, dein cum dicto Comite Ebersteinensi coniugium iniverat. Novi quidem

F

genea-

---

(a) Vide dipl. X Dec I. ad Cap. I, p. 34.

genealogiarum Sainensiuni (b), Sponhemicarum (c), & Ebersteinensium (d) conjectores in aliam prorsus ivisse sententiam, cum Adelheidem, uxorem Eberhardi Ebersteinensis, Johanne I Comite Sponhemico & Adelheide Sainensi natam esse contendant. Sed quo minus cum iis sentiam, interpellant clariora & certiora rerum documenta. Quae ut ordine persequar, incipiam a Godefrido Comite Sponhemico, eique deinceps locum in serie Comitum Sponhemorum assignabo.

## §. 3.

## Ostendit vero nobis Godefridum, Comitem de Sponheim

- 
- (b) Quam in primis recte condidit ill *Auctor deductionis*, quae inscribitur: Rechtsgegründetes Bedenken, worinnen ausgeführt worden, daß denen Herrn Gräfen von Wittgenstein, wegen ihrer Prätention, so dieselbe auf die Reichs-Herrschaft Seyn machen ic. keine rechtliche Action gebütre ic. Nebst Beylagen und einem Anhang von Genealogischen Tabellen, 1744. Cf. ibi Anhang über die Genealogische Tabell. I. p. 127.
  - (c) Palmam in ea praeripuit omnibus clar. Kremerus in libro: *diplomatische Beyträge*, I Band I. cf. I Stück I Tafel.
  - (d) Huic lumen attulit ampl. Preuschben, I. c. Carlsruher nützliche Sammlungen vol. I. p. 337 usque ad finem. Non possum tamen, quin animadvertisam, virum illustrem, ut, in qua hodie versantur formula successionis in terras imperii ex communione sic dicta bonorum non demonstranda solum, sed & plus nimium extendenda, eam facilius probaret, ingenio nimium induluisse, & quod ipsius pace dixerim, feriem historicam & genealogicam caetera egregie contextam in iis maxime, quae ad Comitum Geminipontis ius in terris Ebersteinensibus definiendum pertinent, coniecturis contaminasse.

heim, charta ab ipso XII Kln Aug. a. clcccxviii in castro Starckenburgi data eaque maxime memorabilis (e). Confiteatur in ea Comes, se, cum in procinctu stetisset, in terram sanctam cum caeteris cruce signatis protecturus, potentibus Godeberto Abbe Wernerivillano & Adelheide Comitissa, uxore sua, mansum in curia Dalheim censumque ac servilia officia sibi inde praestanda monasterio Wernerivillerii pro sua, uxoris, liberorum, omniumque praedecessorum salute contulisse. Atque hanc donationem non solum suo, sed etiam Henrici, Comitis de Geminoponte, patris credo, sigillis corroborandam curavit.

## §. 4.

Certum est, Godefridum Comitem Sponhemicum seculo ineunte vixisse, in castro Starckenburg sedem habuisse, uxorem habuisse Adelheidem, ex eaque liberos procreasse. Adfuit is etiam a. clcccxi Friderico II Regi in castris apud Juliacum, testante subscriptione testium privilegii ordinis Teutonici, supra iam a nobis excitati (f). Quin iam anno seculi eius secundo fundationis monasterii Saineensis litteras testimonio suo confirmavit (g). Nullum vero reperire nobis licuit documentum, quod ipsum post a. clcccxviii superstitem fuisse demonstraverit. Quare eum vel hoc ipso anno vel sequenti diem obiisse supremum, uxoremque

F 2

Adel-

(e) Obtinet ea principem Decadis 11 locum.

(f) Cap. 1, §. 6, p. 12, not. a.

(g) Quam in scriptis eristicis Sainensibus passim expressam videoas. Reperitur etiam in reverendissimi *Hontbemii* historia Tr. dipl. T. I, n. ccccxl, p. 641.

Adelheidem reliquisse viduam cum liberis impuberibus coniicio. Hanc dein in thalamum Eberhardi Comitis seu Domini de Eberstein transisse, probandum iam est.

## §. 5.

Opportune vero nobis auxilium adfert tabula ipsius Eberhardi Ebersteinensis, eiusque uxoris Adelheidis, anno cccclx scripta(h), qua consentientibus filia sua Agneta, & huius marito, Henrico Comite de Geminoponte, liberisque & eorum & suis, monasterio Wernerivillano non solum viginti solidos ex allodio suo in Ysenburg perpetuo recipiendos legarunt; sed Eberhardi, quoque filii sui iam defuncti, donationem decem solidorum confirmant; Adelheidis praeterea Godefridi de Spanheim, mariti sui prioris, liberalitates, quibus idem monasterium locupletaverat, denuo assensu suo corroborat. Refert vero inter eas primum carratam vini in villa Monstirtreise annuatim percipiendam, dein, quae supra a Godefrido Comite anno ccccxviii monachis collata narravimus. Sed redeamus iam in ordinem chronologicum, quem adductis hisce litteris aliquantum turbavimus.

## §. 6.

Adelheidis, coniugis prioris, Godefridi de Spanheim, cui etiam liberos pepererat infra indicandos, praematuero obitu vidua facta, haud diu vitam thalami expertem egisse videtur. Quum enim eius filia ex altero marito, Dominus de

---

(h) Occupat ea locum Vll in Decade ll.

de Eberstein, Agnetem puto, iam a. cl<sup>o</sup>cxxxviii matri-  
monio coniuncta fuerit Henrico II Comiti Geminipontis,  
ex eoque filiam Elisabetham procreaverit, quae a. cl<sup>o</sup>cclvii  
nupsit Gerlaco Veldentino: subductis rationibus colligimus,  
Adelheidem, Elisabethae Veldentinae aviam & Agnetis Bi-  
pontinae matrem, etiam ante annum eius seculi vicesimum  
nuptias cum Eberhardo de Eberstein fecisse. Persuadere  
quidem nobis cupit amplissimus *Preuschenius* (1), factum id  
esse demum a. cl<sup>o</sup>cxxxvi, utpote quo anno ipsi primum  
cum Eberhardo de Eberstein in litteris occurrere visa est,  
atque dein ex rationibus, quas ab ipsis Eberhardi, Ag-  
netis filiae atque ex hac nepotis, aetate desumit, Eberhar-  
dum de Eberstein iam ante nuptias cum Adelheide initas  
uxorem habuisse, ex eaque Agnetem genuisse Bipontinam  
coniicit. At praeterquam quod improbabile sit, Eberhar-  
dum de Eberstein, a. circiter cl<sup>o</sup>clexviii natum, anno de-  
mum cl<sup>o</sup>cxxxvi, adeoque tantum non septuagenarium  
denuo nuptias initurum fuisse, ex eaque etiam liberos pro-  
creasse, tota viri illustris ratiocinatio, quae conficit, non  
veris fundamentis nititur, per se cadit. Longe enim alium  
personarum nexum nova nostra inducunt diplomata, quam  
qui coniecturis adhuc quaesitus & explicatus est.

## §. 7.

Adelheidis igitur bivira in diplomatibus tum ab alter-  
utro, tum ab utroque marito appellationem mutuata va-  
riis utitar titulis. A. cl<sup>o</sup>cxxxvi *Eberhardus Comes*

F 3

*Adleidis*


---

(i) l. c. p. 357 sq. §. XIII.

*Adleidis uxor eius Comitissa de Eberstein sanctimonialibus de horto S. Mariae prope Wormatiam XX maldra siliginis in allodio suo Munzinheim percipienda confirmant.* (k) A. cloccxxxvii *Eberhardus Comes de Eberstein & Adelheidis consors sua, dicta Comitissa de Spanheim, ordini Teutonico advocatiam & proprietatem suam in Flersheim pro LXX marcis vendunt* (l).

## §. 8.

Antequam vero ad progeniem Adelheidis illustrandam pergamus, constituendum est, ex qua orta fuerit gente, quibusve nata parentibus. Supra quidem Henrici ultimi Sainensis Comitis sororem & heredem (m) fuisse prodimus. Nititur vero hoc assertum litteris donationis ipsius fratri Henrici Sainensis, quibus ille monasterio in loco sanctae

---

(k) Denuo litteras ea de re confectas, prouti eas *Schannatus in Cod. probb. Worm. contractas edidit, Decadi II diplomatum nostrorum inferuimus n. II.*

(l) Vide n. III Decadis II.

(m) Habuit quidem praeterea Henricus Seinensis sororem Agnetem, quae Henrico II Comiti de Castris (Bliescastel) nupta huic etiam filium peperit Joannem; sed is iam a 1238 diem obierat supremum, atque Agnes ipsa Comitissa Castrensis fratris haud superstes fuit, cum alias portionem hereditatis Sainensis sumtura fuisset, cf. Origg. P. I. c. IIII, § IIII, p. 164, & deductionem supra laudatam: *Rechtsgegründetes Bedenken n. I. 2lbth. § V, VI, p. 8 & 9.* Minus recte tamen ab huius auctore, tum ab aliis, uxor dicitur fuisse Comitis Castellensis von Castell, qui error fluxit ex eo, quod gens illustrissima quondam Comitum de Castris ad Blefam adhuc fere incognita fuit,

sanctae Mariae apud Nistriam viginti maldra filiginis singulis annis percipienda confert. Munitae enim sunt illae sigillo etiam, uti Comes inquit, *Sororis meae de Spanheim*, atque eadem dein inter testes hac effertur appellatione: *ipsa Domina Comitissa de Spanheim Comitissa de Starckenberg* (n). Quamvis enim iam tum in coniugio vixerit cum Domino Ebersteinensi, haud raro etiam solo prioris mariti agnomine uia est, cuius rei exemplum paulo antea dedimus, pluraque dabimus.

### ¶. 9,

Itaque Adelheidis ista ius in beneficia & allodia Comitum Sainensium succedendi, tam ad Sponhemiorum familiain, quam ad Ebersteinensem propagavit. Ipsos vero Sainensis patrimonii heredes, adeoque Adelheidis filios, offert charta cessionis a Mechtilde, ultimi Comitis Sainensis vidua, in illorum gratiam a. *ccccxxxxvii* factae (o). Sunt illi fratres de Spaynheim *Johannes Comes, Henricus Dominus de Heynsberg, Simon & Everhardus*. Iam cum supra §. 5 docuerimus, Everhardum filium fuisse Eberhardi de Eberstein ex Adelheide, pater, communem appellationem fratres de Spaynheim tantummodo de tribus prioribus, Johanne, Henrico & Simone, Godfridi Comitis

de

(n) Vide hanc chartam inter probationes modo dictae deductiouis, n. II, p. 38.

(o) Editum est illius transsumptum de a. 1280 iam saepius. Videas id in deductione saepius allegata inter prob. n. III, & cel. *Avemannii historia Burggraviorum Kirchbergensium vernaculo sermone scripta in dipl. n. 147, p. 147 - 152.*

de Sponheim ex eadem Adelheide filiis, intelligendam, nec Everhardum nisi fratrem uterum fuisse (p). Simul inde apparet, quare hic Everhardus non vocetur alibi de Spanheim, neque ullam partem Sponheimensium bonorum acceperit, sed Comitis de Seina, dicti de Eberstein, invenerit appellationem. Sed haec ex sequentibus clariora erunt.

## §. 10.

Eberhardus de Sayn, dictus de Eberstein, mature satis ad uxorem (q) appulit animum, certe iam a. cccclll libros

(p) In eo omnes errarunt, qui controversiis Sainensibus illustrans operam dedere, quod Eberhardum hunc fecerint germanum fratum Sponhemicorum, accepti nimis verbis *nos fratres de Spaynheim &c.* Potuit quodammodo sub communi hac appellatione comprehendendi Eberhardus, patre Ebersteinensis, cum ipius aequa ac caeterorum mater titulo Comitissae de Spanheim perpetuo usa sit, & intuitu largae hereditatis, quam filiis relinquebat, nescio quid juris in Starckenburgensi dominio tanquam Godfridi vidua habuisse videatur.

(q) Quae uxor eius fuerit, disputari potest, Ludovicus Severus Comes Palatinus in litteris, quibus denuo Godfrido Sainensi Comitiam Sainensem, quam olim Eberhardus Comes de Sain, dictus de Eberstein, habuerit, a. 1273 confert, hunc ipsum suum vocat affinem. Neque ego puto, hanc appellationem esse mere honorificam. Procreavit Otto illustris ex Agneta Palatina praeter duos filios duas quoque, quantum novimus, filias, Elisabetham, quae primum 1246 Conrado III Regi dein eo mortuo Meinhardo Comiti Goritiae 1259 nupsit & Sophiam, quam 1258 demum Gebhardo Comiti Hirschbergensi in matrimonio colloquata narrat Auctor Chronicus Augustani ad h.

liberos habuit. Neque vero multum ultra tricesimum annum aetatis vitam propagasse videatur. Parentes enim eius *Everardus Comes de Eberstein & Aleidis Comitissa de Spanheim sive de Eberstein*, *uxor*, in charta d. XII. Kla. Sept. a. clocccliii data ita loquuntur: *Omnibus feodis (r), que Everardus filius noster bone memorie divisa a fratre suo Johanne Comite de Spanheim tenuit, pro nobis & pueris dicti filii nostri renunciamus, scilicet castro in Seyne, item castro & civitati in Hachinberg cum attinentiis, in Heyne, in Nuhreth officiis, item ville in Vnkele, curie in Bedendorp cum attinen-*  
*G tiis,*

h. a. cf. *Joannis ad Pareum hist. Pal. Bav.* p. 68, not.\*\*.  
*Nuptias Sophiae*, quae praesertim fertur fuisse eximiae pulchritudinis femina, serius omnino factas existimes, nisi ea iam ante habuerit virum, ac vidua fuerit. Coniicio igitur, eam Eberhardo nostro in manus convenisse, & per quinque annos viduatam vixisse, antequam cum Gebhardo Comite nuptias iniret.

- (r) Ex collatione horum feudorum cum iis, quae in deductione, inscripta Wahrhafter Gegenbericht, daß die unmittelbare ganze Reichsherrschaft Sayn mit nichten der Kurpfatz Lehren jemahls gewesen seye xc. 1724 recusa, enumerantur, patebit, nonnulla hic occurere feuda, quae illic neque in recensione feudorum imperii, ne Trevirensium, Coloniensium, caeterorum leguntur, imo curiam in Bedendorp cum attinentiis, quae in deductione ista p. 9 inter allodia exhibetur, qualitatem feudi habuisse. Videant igitur rerum Palatinarum intelligentes, num in hisce nostris litteris aliquid praefidii inveniant ad Comitiam Sainensem, feudum Palatinum, & quae ad illam spectabant bona, clarius indaganda. Nostrum non est, tantas componere lites.

tuis, & curie in Engirs cum attinentiis, curie in Orimez cum  
 attinentiis & curie in Frlecke cum attinentiis fideiussores dantes  
 pro mille quingentis marcis Coloniensibus, septem videlicet, quem-  
 libet pro speciali summa, Henricum Comitem Geminipontis pro  
 trecentis marcis &c. qui fide data promiserunt in solidum se ob-  
 ligantes, quod cum dicti pueri ad annos discretionis pervenerint,  
 resignationem predictorum bonorum pro eis factam, cum ex  
 parte eiusdem Johannis Comitis de Spanheim, Godefridi filii  
 sui & heredum suorum proximiorum, quibus dicta bona possi-  
 denda dimisimus, commoniti fuerint, laudabunt personaliter,  
 eisdem bonis in Crucenacho renunciaturi. -- Preterea bona in  
 Rath & Celtane super Mosellam, item bona in Valendinar ca-  
 strum Vrozbret cum allodio attinente, castrum Weltisberch  
 & castrum Lewenberch, & allodium, quod Mechtildis quon-  
 dam Comitissa Seynensis consanguinea nostra possidet, cum aliis  
 bonis, que cum predicto Johanne Comite de Spanheim per  
 filium nostrum non fuerunt divisa, ipsius pueris & nobis in-  
 tegraliter secundum quod sors porcionis dedit remanebunt &c.  
 Habet hoc praeclarissimum documentum tot tantaque ad  
 illustrandam & emendandam historiam successionis Saynen-  
 sis momenta, ut qui illud velit enucleare, non possit non  
 materiam copiosae commentationis invenire. At cum non  
 solum haec non sit huius loci, sed ego quoque intelligam,  
 viros a iuris Germanici prudentia rerumque Sainensem  
 cognitione longe me instructiores melius has partes actu-  
 ros esse, cum eis chartam ipsam integrum communicare(s),  
 atque sic lampada tradere meum iudico. Sufficiat igitur  
 mihi inde demonstrasse, primum Eberhardum, matre Sai-  
 nensem,

---

(s) Vide num. IIII, Decadis II huic capiti adiunctae.

nensem, patre Ebersteinensem fuisse, dein Johannem Comitem de Sponheim, quem Eberhardus Comes Ebersteinensis eiusque uxor Adelheidis fratrem filii sui Eberhardi appellant, non huius germanum, sed uterum habendum esse, tum Eberhardum de Sayn dictum de Eberstein pueros (t), quo vocabulo etiam filiae comprehendendi solebant, reliquise heredes partis bonorum Sainensium.

## §. II.

Declarat non solum has veritates atque confirmat, sed progeniem quoque ab Eberhardo, circa a. clccccliii mortuo, relietam commemorat charta Henrici II Comitis Geminipontis eiusque coniugis Agnetis a. clccclviii mense Julio in gratiam ipsorum generi Gerlaci Comitis Veldentini scripta (v). Huic nimirum, cum Elisabetham illorum filiam paulo ante in matrimonium duxisset, sacer Henricus & locrus Agnes pro quingentis marcis Coloniensibus dotis dictis obligarunt bona Ratge & Celiane, quae ad Mosellam sita ad hereditatem Sainensem spectasse vidimus supra, consentientibus patre suo Eberhardo Comite de Eberstein & Adelheide matre sua, Elisabetha & Adelheide filiabus, Eberhardi quondam Comitis de Seina fratris sui; iam vero promittunt, se quando contigerit, ut Gerlacus dictorum bonorum possessione eiceretur, ipsi quinquaginta marcas Colonienes in curiis suis Adewilre & Urbach percipiendas esse datus, atque usque eo, quo

G 2

quin-

(t) Cf. du Fresne gloss. hac voce.

(v) Est ea in Decade II ordine quinta.

quingentae marcae dotis solutae fuerint, relicturos. Patet hinc luce meridiana clarius, Agnetem Bipontinam Eberhardi de Seina sororem fuisse, atque illam pariter non Eberhardum solum Ebersteinensem patrem, sed & Adelheidem matrem suam agnoscere. Discimus vero etiam, si quos Eberhardus de Seyna heredes reliquerit masculos, eos tu m non amplius vixisse, sed filias tantum fuisse superstites, Elisabetham & Adelheidem, quarum tanquam here-dum (w) consensus fuit necessarius.

§. 12.

- (w) Quid de his filiabus Eberhardi Comitis de Sayn factum sit, quaeri potest. Ego quidem Elisabetham eandem puto cum Elisabetha Sainensi, quam Gerhardo III. Comiti Deciensi nupsisse demonstratum dedit per ill. *Reinhard Juristisch und Historische Kleine Ausführungen*, tom I. diss. II, §. X, ibique notata p. 67. sq. Coniicit vero is, Elisabetham hanc fuisse Johannis Comitis de Sponheim & Sayn filiam, ac Godfridi Sainensis sororem, ex eo, quod Godfridus hic illius filiam, Juttam, magistram in Dierstein vocer neptim suam. At latior huius vocabuli usus facit, ut ab eo dissentiamus; praesertim cum ratio, ob quam Elisabetha Comitissa Deciensis sigillo equestri usa sit, sic existat clarior. Quod ad Alheidem attinet, eam nupsisse aliquando conieci Comiti hirsuto Henrico, cf. illustrissimi *Senckenbergii Medit.* fasc. I, med II. de hirsut. Comit. §. XVI, p. 32 & 33. Facile sic eximerentur scrupuli, quos ibidem moveri posse sensit, ex eo quod & Henricus, & quem eius putat filium, Conradus quoque uxorem habuerit Sainensem Adelheidem. Sed probabilius videri potest sententia Auctoris des Rechtsgegründeten *Bedenkens* & familiae Sainensis tabularum, cf. not. (f) ad Tab. I, p. 131, ubi Adelheidem, Godfridi I Sainensis filiam, primum Hen-

Elisabetham, filiam Henrici II Bipontini & Agnetis filiam, eamque, quod temporis rationes consideratae docent, natu maiorem caeteris horum liberis, circa a. cloccclvii nupsisse Gerlaco, Comiti Veldentino coniicimus ex utriusque coniugis tabulis, quibus monasterio Wernerivillano bona sua in Osterna & Ovinbach (x) una cum decimis, censibus, & iure patronatus, quod titulo permutationis comparaverant a monasterio Disibodenbergensi, ea lege tradunt, ut Wernerivillaani monachi & illis demum post ipsius Comitis obitum frui, & quibus illa conditionibus ab hoc impetraverant, implere debeant, dicto anno scriptis. Fecerat hanc donationem Gerlacus Comes, cum in Hispaniam, absque dubio ad Iaphonsum Regem, quem Archiepiscopus Trevirensis Arnoldus II, munitus auctoritate Regis Bohemiae, Ducis Saxonie, Marchionis de Brandenburg & multorum Principum in Caesarem elegerat, ablegatus, iter aggressurus uxoremque Elisabetham e se primum gravidam domi relicturus esset. Redux ex Hispania factus Comes occurrit quidem in litteris Wernerivillanis aliisque a. clocc viii & in sequenti datis; haud tamen longius vitam propagasse videtur (y).

Henrico Rugravio, dein Conrado Comiti hirsuto nupsisse demonstrat. Neque vero Conradus erat Henrici filius habendus.

- (x) Ostern, hodie Niederkirchen & Ombach vici sunt praefecturae Lichtenbergenfis.
- (y) Demonstrat ea, quae diximus, index quidam chartarum Wernerivillanarum, in quo singularum brevibus enarrantur argumenta.

Vivum prodit charta Conradi Comitis Silvestris, anno  
 cccclviii scripta, qua lites, inter se & Gerlacum Veldentinum, ex sorore nepotem, iam dudum agitatas, pacem reconciliantibus Henrico Comite Geminipontis consanguineo suo, & Emichone filio suo, compositas esse profitetur. Edimus eam, quod quodam modo ad Comitem nostrum Bipontinum pertineat, cummaxime in publicum (z), uberiorius vero dilucidandam Originibus Veldentinis reservamus. Mortuum autem Gerlacum referunt litterae compositionis inter eundem Comitem Geminipontis & Emichonem Comitem Silvestrem de castro & dominio in Lichtenberg a. cccclx factae, quas olim iam a nobis publicatas cum autographo contulimus, collatasque & emendatas denuo proferimus (a). Quam dicti Comites de dominio Lichtenberg habuerant post mortem Gerlaci Comitis, qui unicam filiolam trium annorum Agnetem reliquerat heredem, controversiam, eam ita finierunt: *Agnes filia Gerlaci Comitis Veldentie bone memorie predictum dominium cum aliis bonis Comitie Veldentie integraliter obtinere debebit, sed si, sine herede, quod absit, decederet, Henricus Geminipontis, Emicho Silvester & Simon de Spanheim Comites idem dominium in Lichtenberg cum universis attinentiis equaliter in se dividunt, omnia etiam feoda Comitie Veldentie, que casualiter vacare poterunt, & herede legitimo caruerint, quocumque modo ea conquisierint,* prae-

---

(z) Obtinet ea locum VI in Decade II.

(a) Excipit ea priorem in Dec. eadem.

*predicti tres Domini equaliter ipsa parti tenebuntur. Quae-  
nam faciundae Dominii Lichtenbergensis partitioni sub-  
fuerit causa, difficile est augurari. Henricus quidem Ge-  
minipontis fuit Agnetis Veldentinae avus maternus, eius-  
dem vero avia paterna Beatrix, soror Conradi Comitis  
Silvestris, qui pater Emichonis Silvestris tum superstes  
fuit. Quo iure tandem spem hereditatis habuerit Simon  
Sponhemius, Agnetis Veldentinae proavunculus, omni-  
no obscurum est. Illud autem certum est, pactionem  
hanc omni caruisse eventu, quod Agnes Veldentina,  
cum annum aetatis circiter decimum quartum attigisset,  
Henrico Domino de Gerolzeck nupserit, adeoque hic per  
felix hoc matrimonium Comitatum Veldentinum consecu-  
tus sit & ad filios ex hac secunda sua coniuge natos trans-  
miserit. Satis longe nos deduxit a scopo Elisabetha, filia  
Henrici Bipontini & Agnetis uxorque Geraci Veldentini,  
cui haud diu eam supervixisse docent litterae Henrici pa-  
tris a. cloccclxi datae, olim inter tabulas monasterii Wer-  
nerivillani asservatae.*

## §. 13

Redeo igitur ad Eberhardum Comitem seu Domi-  
num de Eberstein, & uxorem Adelheidem, quibus natos  
fuisse parentibus vidimus Agnetem, uxorem Henrici II bel-  
licosi Comitis Gemifipontis, & Eberhardum Comitem de  
Sayn, dictum de Ebirstein a. clocccliii defunctum. Ob-  
viae sunt omnes hae personae, ac praeter eas Godfridus de  
Spanheim memoratur, prior Adelheidis maritus, in char-  
ta a. clocclx in octava ascensionis Domini, h. e. Kal. Ju-  
nii

nii scripta, quam cum supra § 5 iam adduxerimus, non est, quod in ea amplius haereamus. Atque haec ultima nobis est Eberhardi de Eberstein, qui anno cccclxiii, ut augurari licet, diem obiit supremum. Qui enim monasterii Vallis Rosarum, prope castrum Stauff ab Eberhardo ipso fundati, rudera lustranti cel Schannato (b) comprehensus est ad dextrum basilicae latus iuxta semidirutum altare lapis sepulchralis, hanc inscriptionem legendam praebet: XII KALEND. APRILIS, FERIA II PROXIMA POST IVDICA Ob. EBERHARDVS COMES DE EBERSTEIN, FVNDATOR HVIVS ECCLESIAE. Quem diem emortualem si conferas cum die, quo charta nostra a. cccclx data est, octava post ascensionem Domini, apparet, dictum annum vitae eius accessisse. Cum vero in diplomate, a. cccclxiii in crastina Trinitatis h. e. d. XXXI Maii scripto, coniux eius Adelheidis ipsius tanquam mortui mentionem faciat, eum post annum sexagesimum quidem, sed ante tertii sequentem mensem Maium elapsum vitam cum morte commutasse, statuamus oportet. Quodsi iam diem emortualem dupliciter expressam cum annis primo, secundo & tertio post sexagesimum huius saeculi conferas, annum ex his tribus tertium subintelligendum esse videtur, simul vero levior emendatio in notandis Kalendis adhibenda est, ita ut pro XII. Kal. Maii legas XIV(c). Atque sic obiit Eberhardus Comes d.

XVIII

(b) Vid. eiusdem Worm. P. I, in recensione monasterii Virg. n. XV, p. 184 sq. & Tab. III, fig. IV.

(c) Lumen nobis in emendatione hac annique definitione prae-  
culit

XVIII Mart. clcccclxiii, illo ipso anno, quo brevi post  
uxor vidua donationes ab eodem factas monasterio Wer-  
nerivillano confirmat. Cum filius Eberhardus decem  
fere annis ante eum e vita excesserit absque heredibus  
masculis, filia tantum Eberhardo patri supervixit Agnes  
Bipontina, quae ius suum in bonis Ebersteinensibus he-  
reditarium ad gnatum Simonem propagavit.

## §. 14.

Simon igitur, filius Agnetis Ebersteinensis heredis &  
Henrici II Comitis Geminipontis natu maior, destinatus  
heres erat avi Eberhardi. Atque is hoc iam vivo gam-  
ob causam titulum *dicti de Eberstein* assumxit, testante  
diplomate, quod a. clcccclxi d. xxv Jan. die conversionis  
S. Pauli de allodio in Ensmyngen conscribendum cur-  
vit (c). Est haec ipsa charta non mediocris momenti ad  
res Ebersteinenses illustrandas. Demonstrat enim, Simo-  
nem se pro herede futuro avi sui, qui etiam superstes erat,  
aperte gessisse, neque adeo huic alium fuisse proximiorem,  
aut filium; quod ingeniose quidem, sed minus vere exco-  
gitatis argumentis persuasit sibi aliisque illust. *Preuschen* (d).

## H

## §. 15.

tulit Vir ill. Jo. Henr. *Bachmann*, Seren. Ducas a consiliis re-  
giminis & tabularii praefectus, cuius uti liberalitatem in hisce  
meis studiis adiuyandis gratissima agnosco mente, ita sagacitate  
in enodandis difficultatibus expedita non sine maxima volup-  
tate identidem frui mihi licet.

(c) Nona est in Decade II.

(d) In commentatione supra iam laudata §. XIV p. 358 sq. & §  
XX sq. p. 369 sq.

Adelheidis igitur Comitissa de Eberstein & Spanheim superstes quoque fuit alteri suo marito, testante illius charta a. ccccclxiii in crastina Trinitatis scripta (e). Recordatur in ea, se una cum Domino & marito suo Eberhardo quondam Comite de Ebirstein felicis memoriae de voluntate & consensu Henrici Comitis Geminipontis, generi sui, Agnetis uxoris eius filiae suae, Symonis filii eorundem dicti de Ebirsteyn nepotis sui, ceterorumque liberorum & heredum suorum, monasterio S. Mariae in Werneswilre viginti solidos denariorum Wormacensium legasse, & ad monasterii securitatem dictos viginti solidos ex censibus villae Jsenburg assignat. Atque in eadem charta confirmat denuo donationes dicto monasterio factas a Domino Godefrido quondam marito suo, Comite de Spanheim, quem praecipuo amore prosecuta esse videtur. Obiit autem Adelheidis hoc ipso anno, quod ex divisionis inter Godfridum Comitem Seynensem & Henricum Comitem de Sponheim, fratres, Joanne Sponhemio, filio Adelheidis & Godfridi maximo, natos, a. ccccclxiii factae tabulis, in die beati Vincentii, hoc est, d. XXII Jan. scriptis (f), colligere licet.

Con-

(e) Quae ultima est Decadis II.

(f) Editae sunt in deductionibus Sainensibus, ex quibus vide supra iam adductas Wahrhafter Gegenbericht n. inter probatt. lit. D, p. 6, Rechtgegrundetes Bedenken, Beylagen, num. 4, p. 41, &amp; in clar. Avermanni egregia historia Burggraviorum Kirchbergensium. Doc. n. 145, p. 145.

Convenit enim quoque tum inter fratres : preterea omnia bona allodii, que nos & fratrem nostrum ante dictum simul contingunt, per mortem Domine Aleydis bone memorie, quondam Comitissae de Spanheim, quacunque parte Reni sita predictus Henricus solus habeat. Sepulturam invenit iuxta maritum priorem in monasterio Himrod, cuius Catalogus sepulchralis mentionem facit Godefridi Comitis de Spanheim *cum uxore sua Adelheide de Eberstein* (g). Quum abunde demonstravimus, Adelheidem nostram promiscue appellari de Spanheim aut de Eberstein, neminem credo amplius fore, quin commemorationem istam Adelheidis de Eberstein, iuxta Godfridum Comitem Sponhemium sepultae; ad hanc nostram trahere malit, quam Godfrido I, Comiti Sponhemico, qui saeculo XII vixit, uxorem tribuere Adelheidem de Eberstein, quae quidem opinio sola Zillesii auctoritate incerta adiuyatur, neque meliori diplomaticum aut scriptorum fide subnititur. Quam igitur memoriam necrologii Sindelfingensis ad Adelheidem nostram adhibita emendatrice aut potius interpolatrice manu refert illustris Preuschenius (h), illam omnino non hue pertinere puto. Est vero antiquior, quamvis obscura, lectio, quam ipse vir illustris mecum olim communicavit, his verbis expressa : *A. 1172 moritur Adelheidis Comitissa de Eberstein*

H 2

stein

(g) Vide Consult. Kremeri *Diplomatische Beyträge* vol. I. Erstes Stück, §. XIX, p. 50. Refert quidem vir laudatissimus hanc memoriam ad Godfridum I Meinhardi filium, sed ab ipso dissentendi det mihi velim veniam, & veritati magis accommodatam, & quod spero, sibi non molestam.

(h) I. c. §. Xlll, p. 358.

stein ♂ de Baden, ♂ Hugo filius eius, qui Hugo hic dormit ♂ iam in Bebenhusen. Atque hanc dein ita mutatam publicavit: A. 1272 moritur Adelheid Comitissa de Eberstein ♂ Hugo, filius eius, qui Hugo hic dormit ♂ illa in Bebenhusen. Quum Adelheidem nostram a. ccccclxiii mortuam esse paullo ante docuimus, non est, quod memoriam Sindelfingensem omnino peregrinam alia ratione explicare studeamus. Cedit vero cum illa omnis ratiocinatio, qua vir illustris, superadducto Eberhardi filio Hugone, quem silent omnia Ebersteinensis familiae monumenta, ad explicandum statum controversiae de hereditate Eberhardi Comitis de Eberstein usus est. Opportunior ea de re dicendi locus nobis dabitur in sectione II, quae tota Simoni Comiti Geminipontis & Domino in Eberstein eiusque progeniei dicata erit.

## §. 16.

Lubet tandem ea, quae ex litteris veteribus in lucem prolatas ad emendandam & locupletandam historiam Sponhemicam, Sainensem, Ebersteinensem, Bipontinam & Veldentinam, maxime ad illustrandas res ab Henrico II Comite Geminipontis gestas, quas Cap. III enarrabimus, adhibuimus, contrahere atque ita sub unum aspectum ponere, ut dilucidior existat omnis disputatio nostra, faciliusque omnes eius partes intueri, ac qua ratione inter se & cum veritate consentiant, existimare possint harum rerum amatores.

Schema

*Scheme consanguinitatis & affinitatis familiarium illustrum.*

Sponhemicae	Sainensis	Ebersteinensis	Geminipontis	Veldentinae
GODEFRIDUS, Comes de Spanheim	HENRICO, heres fratris, nubit ultimus, ex. Godfrido Sainae Sponhem, † 1247. 2. Eberhardo Eberit. Uxor Mechtildis.	EBERHARDUS II junior, Comes f. Dominus de Eberstein. † 1263.	HENRICUS I ex Comitibus Sa- raeponianis ori- undus, occurrit 1191. † 1221 iq. Ux. Hedwigis, occ. 1198.	GERLACUS III <sup>2</sup> Comes de Vel- denz ex stirpe Gerlacionum, qui eundem cum Comiu- bus silvestribus ortum habent.
Dominus in Star- kenberg, occurrit 1202, 1214, 1218, † brevi post.				UX. Beatrix, filia Gerhardi Comitis silve- stris, occurrit 1236.
				GERLACUS II, bel- licofus, occurrit cum uxore Ag- nete de Ebent. 1249 - 1282, † hoc ipso anno.
				GERLACUS V Comes Vel- dentiae ultimu- mus filiae stir- pis, † circa a. 1260.
				ELI ADEL SIMON filiorum ELISABE-
				SABE. HEI, nata maximus THA, nu- bit 1157.
				THA <sup>2</sup> , DIS dictus de Ebir- heredes Stein 1261, vo- catur dein Co- Veldent.
				† ante a. 1261.
				AGNES, heres nata 1257, nubit circa 1271 Henrico Domino de Gerolzeck, qui novae fa- miliae Veldentinae auctor exstitit.

Addimus quoque brevem tabulam genearchicam , aliquando demonstrandam , ex qua Comitum Veldentinorum cum Wildgraviis & Rugraviis nexus consanguinitatis & affinitatis patefiat ad intelligenda tum ea, quae Cap. II. de illis diximus, tum documenta, quae sequuntur, V, VI, VII ibique notata.

*EMICHO Comes de Schmideberg occ. 1108.*

<i>EMICHO Comes de Schmideburg s. de Kirberg 1108 - 1135</i>	<i>GERLACUS I Comes de Veldenz 1112 - 1135..</i>
<i>CONRADUS I, Comes EMICHO Comes silvestris sive de Kirberg hirsutus s. de Bome- 1143 - 1160 sq. Ux. Gisela.</i>	<i>GERLACUS II Comes de Veldenz 1157 - 1186 sq.</i>
<i>GERHARDUS Comes silvaticus 1172, 1189 in Kirburg.</i>	<i>GERLACUS III Comes 1186 sq.</i>
<i>CONRADUS III Comes silvestris, BEA, qui a. 1258 lites cum Gerlaco Veldentino componit, &amp; bona inter filios dividit, occ. usque ad a. 1263.</i>	<i>HENRICUS comes Veldentiae. 1207.</i>
<i>EMICHO Comes Silvestris, in Kirberg, occ. in char- tis nostris a. 1258 &amp; 1260.</i>	<i>GERLACUS IV, ADELEIDIS Comes Veldent. mar. Dynasta de Boxberg. Ux. ELISABETH Bipontina † 1260.</i>
	<i>AGNES, nata a. 1257, heres Comeciae Veldenz &amp; Dominii Lichtenberg, nubit 1271 Henrico Domino de Gerolzeck, qui auctor familiae Veldentinae novae exitit.</i>
	<i>Decas II</i>

## Decas II

Diplomatum, parentes uxorius, consanguinitatem &  
affinitatem Henrici II, Comitis Geminipontis,  
illuminantium.

Ad Cap. II.

## I.

Godfridi, Comitis de Spanheim in Starckenberg, chartæ  
liberalitatis erga monasterium Wernerivillanum ex-  
ercitae, 1218. *Ex Registratura Wernerivillana.*

*Ego Godefridus Comes de Spanheim (a) scripto presenti  
ad univerforum transmitto noticiam, quod cum effem in pro-  
cinctu itineris mei cum ceteris cruce signatis transfretaturus (b)*  
*ad*

- 
- (a) Godfrido Comiti Sponhemico nostro in Starckenburg locum  
haud assignatum vides in Genealogia Comitum Sponhemico-  
rum, quam primus e veteribus monumentis ac scriptoribus  
eruit Vir doctissimus C. J. Kremer in libro, qui inscribitur:  
*Historisch-diplomatische Beiträge, I Stück, Versuch einer ge-  
nealogischen Geschichte der Graven von Spanheim, Erste Ge-  
schlechtstafel, §. XXVI.* Substituendum eum esse in locum Jo-  
hannis II, patremque fuisse Johannis, Henrici & Simonis,  
chartae sequentes demonstrabunt coniunctim consideratae.  
Cuius autem filius fuerit, difficile est coniicere. Forte eum  
neporem Godfriedi I recte existimamus.
- (b) Ego quidem puto, quae Tritbemius Abbas de Johanne I. a.  
1215 cruce signato & a. 1217 ad recuperandam Jerosolymam  
aliis cum principibus profecto narravit, de Godfrido intelli-  
genda

*ad petitionem dilecti nostri Goberti Abbatis de Werneswilre & uxoris mee Adelheidis (c) Comitis mansum illum ad curiam meam Daleheim (d) pertinentem censumque eius & quicquid nubi inde servicii singulis annis magister de Colgestein (e) tenebatur impendere, ex hoc nunc & deinceps remisi, eumque beate virginis ac fratribus ante dicta ecclesie pro salute mea uxoris ac liberorum (f) omniumque predecessorum meorum in elemosinam dona-*

---

*genda esse, illumque in nomine errauisse, nisi malis Godefrido fratrem tribuere Joannem & Marquardum, cf. cel. Kremerum l. c. p. 29 sq. Godefridus Comes de Spanheim subscriptis foundationi monasterii Sainensis, a. 1202 factae, in Hontheim Hist. Trev. T. I., n. ccccxl, p. 642. & 1214 Frederico II regi adfuit in castris apud Juliacum testante subscriptione privilegii ordini Teutonico concessi in deduictione Cap. I iam laudata Historisch diplomatischer Unterricht, Beylagen ad sect. I, n. 3 & 4. Jam recurrit ad. 1218. Johannem vero, qui consult. Kremero huius nominis est, Triithemius quidem errorum plenus suppeditat, ignorant vero diplomata.*

- (d) Adelheidem hanc esse sororem Henrici ultimi Comitis Sainen sis eiusque heredem, non modo colligi potest ex dipl. II in deduictione Rechtsbegründetes Saynischsches Bedenken, Beylagen, sed etiam ex eo, quod testantibus diplomaticis nostris praesertim IIII. huius Decadis, eius filii hereditatem Sainensem inter se diviserint.
- (d) Daleheim hodienum est sedes ruralis dioecesis Wormatiensis.
- (e) Colgenstein ad sedem ruralem Neoliningensem in dioecesi Wormatiensi spectat; vid. Schannati Hist. Worm. p. 14.
- (f) Unde pater, Godfridum Comitem de Sponheim in Starckenburg ex Adelheide nostra sibolem procreasse, quam dipl. III in lucem proferet.

*donacione perpetua contuli, eo sane intuitu, ut fratres iidem pro nostris apud Dominum excessibus fideliter intercedant nostri. que de cetero memoriam singulis annis habeant. Et ut hec nostre devocionis elemosina rata & inconclusa permaneat, cartulam presentem super hys exaratum nostro utriusque & Comitis Henrici de Geminoponte sigillo, qui donacioni huic interfuit, roborari fecimus. Acta sunt hec apud Stargenberg (g) anno dominice incarnationis MCCXVIII<sup>o</sup> XII Kln. Augusti (h) regnante Frederico rege.*

## II

Eberhardi Comitis de Eberstein & Adeleidis uxoris tabulae donationis, sanctimonialibus de Horto S. Mariae factae 1236. Ex Cod. probb. Worm. Schannati.

*In nomine sancte & individue trinitatis. Eberhardus Comes & Adleidis uxor eius Comitissa de Eberstein (a) Universitati fidelium tam presencium quam futurorum cupimus declarare, quod nos communicata manu, & voluntate unita, donavimus liberaliter Coenobio Sanctimonialium de Orto beate Marie prope Wormatiam sito XX maldra filiginis &c. in al-*

I

lodio

---

(g) Godfridum igitur recte Starckenburgicum dicimus.

(h) d. XXI Julii.

(a) Appellationem hic sibi sumit a secundo marito de Eberstein, quam in sequenti charta a priori marito, Godefrido de Spanheim, dictam vides Ccmittissam de Spanheim. In aliis autem uterque titulus de Eberstein & de Spanheim iungitur, cf. dipl. III & X huius Decadis.

*lodo nostro Munzirheim (b) .... Et ut hec donacio in optato  
fine sit , presens scriptum nostris consignauimus sigillis , sincera  
postulantes voluntate idem scriptum Dom. L. venerabilis Electi,  
¶ Ecclesie Worm. sigillis consignari. .... Dat. Anno Dni  
MCCXXXVI Galli confessoris (c).*

## III.

Litterae , quibus Eberhardus de Eberstein , eiusque  
uxor Adelheidis , quondam Godefredi Comitis de  
Spanheim coniux , ordini Teutonico conferunt Ad-  
vocatiam & proprietatem suam in Flersheim a. 1237.  
*ex ampliori Ordinis Teutonici deductione inscripta: His-  
torisch-diplomatischer Untericht 1751. Beylagen ,  
ad sect. II. n. 53.*

*E. Comes de Eberstein (a) , ¶ A. consors sua , dicta Co-  
mitissa de Spanheim , omnibus hoc scriptum inspecturis salu-*

(b) Villam hanc non eandem esse cum vico Badensi Munzen s. Munzesheim , quod probare studuit Ampl. Preufchenius in hist. geneal. Com. Ebersteinensium , Carlsruher nützliche Samm- lungen vol. 1, p. 348 - 350 , suspicamus documento Wernhei- ri Archiepiscopi Moguntini , in cuius dioecesi sita fuit villa Munzheim , apud Schannatum in Hist. Worm. Cod. probb. n. CLVIII , inducti.

(c) Hoc est a. d. XVII Kal. Nov. s. d. XVI Octobr.

(a) Legitur quidem in deductione , ex cuius probationibus hanc selegimus , *A. Comes de Eberstein*. Minus recte autem lite- ram initialem nominis Comitis nostri ex autographo descrip- tam

tem ab eo ferre , qui est Princeps Regum terre . Quoniam  
labilis est hominum memoria , necessarium videtur , ut que fir-  
ma & inconvulsa volumus permanere , litterarum fulcimento  
studeamus corroborare . Noverint igitur universi , nos Advo-  
catiam & proprietatem , quam in Flersheim (b) habere dig-  
noscimur , unanimi voluntate vendidisse Fratribus Theutonice  
Domus pro septuaginta marcis , quas Alberto de Erleheim mi-  
liti , in proximo festo Nativitatis B. Virginis assignaverunt ,  
hanc itaque venditionem ratam habere volentes , presentem  
chartulam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari .  
Actum Anno Dominice Incarnationis MCCXXXVII .

## III

Litterae , quibus Eberhardus Comes de Eberstein , eius-  
que uxor , filii sui Eberhardi de Sain , dicti de Eber-  
stein , partem hereditatis Sainensis renunciant . 1253 .  
*Ex Originali .*

Nos Euerardus Comes de Eberstein , & Aleidis Comitif-  
fa de Spanheim sive de Eberstein , vxor nostra . Omnibus  
presens scriptum inspecturis . Notum esse volumus in perpetuum ,  
quod nos omnibus feodis , que Euerardus filius noster bone me-

I 2

morie

---

tam esse , patet ex serie diplomatum nostrorum . Amplissi-  
mus Preuschenius in historia genealogica Comitum Eberstei-  
niensium l. c. p. 347 sq. documentum hoc praetermisit .

- (b) Flersheim s. Flörsheim , vicus duplex , spectat ad sedem ru-  
ralem Dalsheim , cf Schann . Hist. Worm . P. I , p. 20 . Indi-  
gitatur h. l. Herren - Flersheim .

*morie (a) divisis a fratre suo Johanne Comite de Spanheim (b)  
tenuit*

---

- (a) En Eberhardum de Sain dictum de Eberstein! de quo in genealogicis Sponhemiorum tabulis collocando multum laborarunt ill. Auctor deductionis: Rechtsgegründetes Saynischес Bedenken maxime in probb. tab. I adiectis not. (n) & cel. Kremerus in genealogica Sponhemiorum historia, diplomatiche Verträge 1 Stück §. XLVII sq. quem fecutus est ampl. Preuschenius l. c. p. 374. Sed cum laudatissimi viri documentis nostris clarioribus caruerint, ratiocinationem eorum minus recte subductam videas. Cum enim uxorem Eberhardi Ebersteinensis, matrem Eberhardi de Seina dicti de Eberstein, huius sororem fuisse putaverint, natamque Adelheidem Sainensi & Comite Sponhemico, in falsas prorsus abiere deductiones iuris, quod Eberhardus de Sain tum in Sainensem hereditatem, tum in Ebersteinensem Comitatum habuisse ipsis videbatur.
- (b) Johannes Comes Sponhemicus, qui cel. Kremero est secundus, frater fuit uterinus Eberhardi de Sain, dicti de Eberstein. Ille ortus erat ex Adelheidis Sainensis priori coniugio, filiusque adeo Godfridi Comitis Sponhemii in Starckenburg, quem liberos procreasse dipl. 1 huius Decadis docet: hunc vero Eberhardum eadem Adelheidis alteri suo marito pepererat. Johannes vero Sponhemicus fratres habuit germanos Henricum de Heinsberg & Simonem Dominum de Sponheim. Atque sic arbitror plene demonstratum esse principium Genealogiae Comitum Sponhemicorum, quam in commentationem nostram germanicam, Genealogisch Historisch diplomatiche Nachricht von der Elisabeth von Spanheim, Pfalzgraven Ruprechts Pipan Gemahlin, 1762, §. 2, p. 6, ante hos paucos dies derivavi maxime ex ipsis fontibus, quos mihi adiuit, caetera clar. Kremeri genealogia miscta adiutus.

tenuit (c) pro nobis & pueris dicti filii nostri (d) de bona voluntate & consensu nostro renunciamus, scilicet castro in Seyne (e), Item castro & ciuitati in Hachinberg cum attinentiis, in Heyne, in Nunbreth officiis, Item ville in Unkele, curie in Bedendorp cum attinentiis, curie in Engirs cum attinentiis, curie in Orimez cum attinentiis & curie in Frleche cum attinentiis fideiussores dantes pro mille quingentis marcis Coloniensibus, septem videlicet, quemlibet pro speciali summa, Henricum Comitem Geminipontis (e) pro trecentis marcis Emchonem Comitem de Lyningin pro CCC marcis, Henricum Comitem Jrsutum pro ducentis marcis, Rupertum fratrem suum pro CC marcis, Dominum Wernerum de Bolandia pro CC marcis, Dominum Philippum de Honvels pro CC marcis & Cunradum Comitem Jrsutum pro centum marcis, qui fide data promiserunt in solidum se obligantes, quod cum disti

- 
- (c) Divisio ista bonorum sicut tantum quoad fructus, non vero ple- na seu perfecta, cum alias feuda haec non cedi potuissent, absque consensu Imperatoris, cuius nullam hic rationem haberi animadvertisimus. cf. Kaiserrecht P. III, c. XII, XXIV & sq. in Senckenbergiano Corp. Iuris Germ. Tom. I, p. 103, 107 & 108.
  - (d) Eberhardus igitur de Sein dictus de Eberstein paulo ante huius chartae scriptiōnem demortuus reliquit pueros impuberes, quā voce filios non modo, sed etiam filias in chartis aevi medii indigitari constat. Reliquit certe Eberhardus etiam filias Elisabetham & Adleidem, quas Dipl. V retegit.
  - (e) Henricus Comes Geminipontis in matrimonio habuit Agnetem filiam Eberhardi de Eberstein & Adelheidis Sainensis, sororemque adeo germanam Eberhardi de Sain, uterintam vero fratrum Sponhemicorum, Johannis, Henrici & Simonis,

dicti pueri ad annos discretionis pervenerint, resignationem predictorum bonorum pro eis factam, cum ex parte eiusdem Jo. Comitis de Spanheim, G. filii sui (f) uel heredum suorum proximiorum, quibus dicta bona possidenda dimisimus, commoniti fuerint, laudabunt personaliter eisdem bonis in Cruce-nacho renunciaturi, secundum quod ius vel consuetudo renunciandi requisierit. Dicti & fideiussores, si hoc ipsi pueri non fecerint, Kirperch ad iacendum, cum per eosdem Jo. Comitem & G. suum filium moniti fuerint, iniubunt, nunquam inde recessuri, nisi sicut predictum est fuerit per omnia satisfactum. Si vero unus fideiussorum decesserit, quod absit, alii pro parte sua eis incumbente respondebunt, & sic de singulis. Si vero omnes decesserint, nos satisfacere promisimus pro omnibus antedictis. Preterea bona in Rath & Celtane super Mosellam, Item bona in Valendar, castrum Vrozbret cum alladio attinente, castrum Weltisberch & castrum Lewenberch & alodium, quod M. quondam Comitissa Seynensis consanguinea nostra (g) possidet, cum aliis bonis que cum predicto J. Comite de Spanheim per filium nostrum non fuerunt divisa (h), ipsius pueris

- (f) Godefridi, qui divisa cum fratre paterna hereditate Comitatum Sainensem obtinuit, & familiae Sponhemicae Sainensis conditor exstitit.
- (g) Mechtildis, vidua Henrici Comitis Sainensis, quae postquam a. 1247 quatuor fratribus filiis Adelheidis Sainensis feuda & dominia Sainenia cesserat, sibi Castrum Lewenberg aliaque bona retinuit. Consanguinea igitur hic significat affinem.
- (h) h. e. quorum & proprietas & fructus in communione manferant.

pueris & nobis integraliter secundum quod sors porcionis dedit,  
remanebunt. Nos fideiijores dicti omnia predicta tam ex parte  
E. Comitis de Eberst. & puerorum filii sui predicti vel &  
ex parte nostri, vera & de consensu nostro esse profitemur.  
Rata ea sine omni contradictione & dolo, servantes. Et ut  
inconclusa & firma permaneant, hanc cartam sigillorum no-  
strorum appensione fecimus roborari. Testes Symon Domi-  
nus de Spanheim (i). Henricus de Couernia Gerardus Comes de  
Nuenare. Johannes de Warnsberch, & Henricus de Lapide  
Nobiles ceterique quamplures. Datum & actum Kirperch  
anno Dni M° CC° L tertio XII Kln. Septembr. in vigilia  
Mathei (k).

Sigilla huic illustri chartae appensa sunt novem, hoc  
ordine se excipientia

- (1) † SIG . . . BERHARD . . . STEIN. Expressa  
in eo est rosa Ebersteinensis.
- (2) S. ADELH. . . OMITISSE . . . EIN. Exhibet  
hoc feminam stantem.
- (3) † SIGILLUM HENRICI COMITIS DE DUOBUS  
PONTIBUS. Leo Bipontinus.
- (4) . . . . . DE LININGEN. Refert hoc sigillum,  
quod mirum est, figuram stantem.
- (5) SIGIL . . . COMITIS HIRSUTI. Sigillum est  
equestris cum scuto.

(6)

- 
- (i) Symon, Dominus de Spanheim, frater etiam erat uterinus Eberhardi, germanus vero Johannis.
  - (k) Vigilia Matthei Apost. s. XII Kal. Octobr. incidit in d. XX. Sept.

- (6) WERNHERUS DE BOLANDIA IMPIAL. AUL-DAPIFER.  
 (7) S. WERNHERI IUNIORIS DE BOLANDIA.  
 Eleganter ac plene expressa sunt bina haec Bolandiorum Dominorum insignia, ac praesertim prius.  
 (8) SIG. . . . LIPPI DE HO. . . . LS. Sigillum equestre.  
 (9) SIGILLUM CONRADI COM. Sigillum equestre.

Merentur certe haec sigilla, quae diligentius considerentur, depingantur, aeri incidentur & illustrentur. Sed mihi iam non est ea rerum copia, quacum talem sustinere possim operam.

## V

Litterae Henrici II Comitis Geminipontis & Agnetis coniugis, quibus Gerlaco Comiti Veldentino, genero suo, securitatem de bonis pro pecunia dotis obligatis praestant 1258, Ex Originali.

Nos Hanricus Comes & A. Comitissa Geminipontis (a)  
*Notum facimus universis, quod quocunque iure contingat* dilectum generum nostrum Gerlacum Comitem de Veldentia (b)  
*eici*

- 
- (a) Agnes Comitissa nata de Eberstein & post fratri Eberhardi mortem heres praesumpta.  
 (b) Fuit is ultimus Gerlacorum veteris familiae Veldentinae ex antiquissima Wildgraviorum stirpe saeculo XII ineunte propagatae; parentes vero habuit Gerlacum Comitem Veldentinum &

eici vel ammoveri de possessione bonorum Rathge & Celtane (b), que eidem obligavimus pro quingentis marcis Coloniensibus de consensu Domini & patris nostri E. Comitis de Euerstein & A. matris nostre (d), nec non Elizabeth & Adeleidis filiarum E. quondam Comitis de Seina, fratri nostri (e), nos ipsum restituemus in possessionem & perceptiōnem quinquaginta marcarum Colonienſium percipiendarum in curiis nostris Adewilre & Urbach (f), quousque ipsi quingentas marcas Colonenses persolvimus, quas ei cum filia nostra Elizabeth dare promisimus tempore nuptiarum. In cuius rei memoriam presentes litteras ei contulimus sigillorum no-

K

ſtrorum

& Beaticem, Gerhardi Comitis Silvestris filiam. Duxit autem Gerlacus ille noster in matrimonium hoc vel superiori anno filiam Henrici Bipontini natu maximam, Elisabetham, ex qua nonnisi filiam unicam reliquit heredem, testante dipl. VII.

- (c) Rathge & Celtane super Mosellam sita spectabant ad hereditatem Sainensem, quod ex proximo diplomate videre licuit.
- (d) Adeleidis nomen fuisse uxori Ebersteensis Eberhardi, caetera omnia documenta confirmant.
- (e) Agnes Bipontina vocat fratrem suum Eberhardum de Saina, illum ipsum, cuius a. 1253 defuncti feuda Sainensia ex parte renunciarunt Johanni I Comiti Sponhemico Eberhardus Ebersteensis & Adeleidis Sainensis, mater. Quum hic tantum filiae eius consensisse dicantur, patet, masculos heredes, si quos reliquerit Eberhardus de Sain, tum iam de vita deceſſe, adeoque filias Elisaberham & Adelheidem solas exſtiffisse heredes.
- (f) Vici hi sunt in praefectura Bipontina siti.

*ſtrorum munimine robatas. Actum anno Domini M° CG°  
octavo mense Julio.*

Sigillum	Sigillum	Rosa Eber-	S. ADELHEI-
cum contra -	referens figu -	steinensis ex	DIS COMI -
figillo. Illud	ram eque -	cujus in -	TISSE DE
Leonem of -	strem mulie -	scriptione su -	... TEIN
fert Biponti -	brem (g),	persunt lit -	figura mulie -
num, hoc ro -		terae:	bris stans in
fam Eberstei -		.. ILLUM	aedificio, ab u -
nensem.		COM. . . .	troque latere
			rosa appetet.

## VI

Compositio inter Conradum Comitem silvestrem, eiusque nepotem Gerlacum Comitem Veldentinum, pacem conciliantibus Henrico Comite Geminipontis & Emichone filio Conradi Comitis Silvestris facta a. 1259. Ex Originali, cuius apographum ampl. Kremeri debo liberalitati.

*Nos Cunradus Comes Silvester Senior universis tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus cupimus esse*

---

(g) Videtur hoc sigillum, cuius inscriptio haud legi potest, esse appensum nomine Elisabethae & Adelheidis, filiarum Everhardi Comitis de Sayn heredum. Est vero idem cum illo, quod ill. Reinbardus aeri incidendum curavit in fronte Partis I der kleinen Ausführungen sigillum *Elisabet Comitisse de Ditse*. cf. supra p. 46 not (w).

esse notum, quod de lite  $\mathfrak{G}$  discordia, quae inter nos  $\mathfrak{G}$  Gerlacum Comitem de Veldenze nepotem nostrum (a) iam dudum vertebaratur, mediantibus Henrico Comite Geminipont. consanguineo nostro,  $\mathfrak{G}$  Emechone filio nostro talem concordiam  $\mathfrak{G}$  pacem inivimus cum G. Comite prenotato, quod nos homines beati Remigii (b), ubicunque locorum in nostra iurisdictione fuerint commorantes, quos aciemus habuimus dicto G. reddidimus, ut de cetero sibi  $\mathfrak{G}$  suis heredibus attineant, exclusis tantum hijs, qui in die beati Andree, quo concordia est effectu mancipata in villa Uffinbach (c) fuerant residentes. Excluso etiam Petro de Kirwilre, qui nostro  $\mathfrak{G}$  heredum nostrorum sunt  $\mathfrak{G}$  erunt, quamdiu vixerint, dominio attinentes. Nec prefati de Uffinbach  $\mathfrak{G}$  de Kirwilre homines nostri cum hominibus dicti G. matrimonio se coniungent, nec eiusdem homines prefati G. se coniungent ut predictum est cum nostris hominibus prenotatis, sed si fecerint Nos de nostris  $\mathfrak{G}$  G. de suis capiemus emendam prout nostre placuerit voluntati. Item homines sancti Maurizii (d), quos erga Eckbertum de Ribolskirch (e) comparavimus sine aliqua diminucione donavimus nepoti nostro

K 2

nostro

- (a) Geraci Veldentini mater Beatrix fuit filia Gerhardi Comitis Silvestris & soror Conradi.
- (b) Abbatia S. Remigii, cuius homines memorantur, haud procul a Cussella oppido sita fuit in Comitatu Veldentino.
- (c) Villa Offenbach, praepositura quondam insignis, probe distinguenda est ab alio vico Ovinbach s. Ouenbach, hodie Ombach, qui subfuit Veldentinae ditioni, quod neglectum est in deductione Rhingraviorum aduersus nobiles de Stein-kallenfels ratione Offenbaci ad Glanum 1746 edita.
- (d) Ecclesia S. Mauritii collegiata est Moguntiae.

nostro G. supra dicto. Item allodium in Schwarzin & ave-  
nam, que Zollhavre de Kirckberg dicitur cum eorum atti-  
nentius dicto G. restituimus, ad firmandam vero & corrobo-  
randam concordiam supradictam omni actioni & querimonie,  
quantum dictus G. ratione bonorum in Hostedin Ettigesbach  
& Wericgesbach in nos habuit, totaliter renunciavit, dando  
nobis integre omne ius, quod ipse suique pro genitores in eisdem  
bonis actenus habuerunt. Sicque ut est prescriptum totius li-  
tis ac discordie, que inter Nos & Dominum G. vertebatur,  
facti sumus unanimes & concordes. Sunt autem testes dictae  
concordie subnotati Jacobus de Warnsberc, Gerhardus, Be-  
zelinus & Heinricus fratres de Geminoponte (f). Arnoldus de  
Montfort, Rudolfus de Snidebere. Wilhelmus Reinolt,  
Tilmannus Senwe. Godelmannus de Animbach. Cunradus  
Cluz, Cunradus Rulant, milites & alii quamplures nobiles  
& honesti. Ne autem de premissis in posterum aliquod possit  
dubium suboriri, presens scriptum nostro H. Comitis Gemini-  
poniti & E. Fili nostri prescriptorum sigillis fecimus commu-  
niri. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quin-  
quagesimo nono in die beati Andree Apostoli (g).

SIGILLUM +SIGILLUM HENRICI SIGILLUM  
CUNRADI COMITIS GEMINI EMICHONIS  
WILDGRA- PONTIS. Leo Biponti- COMITIS SIL-  
VII. nus dextrorsum versus. VESTRIS.

(e) Videtur hic esse inter maiores Engelberti, militis de Ripolz-  
kirchen, qui a. 1339 Georgio Comiti Veldentino castrum Jn-  
gemudewilre, Ingweiler, haud procul a castro Reipolzkirchen  
situm, obtulit in feudum.

(f) Fuere hi milites castrentes de Geminoponte.

(g) Qui co[n]venit cum die XXX Novembr.

## VII

Compositio inter Henricum, Comitem Geminipontis,  
 & Emichonem, Comitem Silvestrem, de Castro &  
 Dominio in Lichtenberg facta a. 1260. Ex Originali.

*Omnibus presens scriptum inspecturis notum sit in perpetuum, quod cum super castro & Dominio in Liektenberg (a) inter viros nobiles Henricum Geminipontis & Emichonem Silvestrem Comites dudum controversia haberetur, tandem mediantibus hominibus & ministerialibus suis deliberato consilio in hunc modum concordarunt, Agnes filia Gerlaci Comitis Veldentie bone memorie (b) predictum Dominium cum aliis bonis Comitie Veldentie integraliter obtinebit, Sed si sine herede quod absit, decederet, Henricus Geminipontis Emicho Silvester & S. de Spanheim Comites predicti idem Dominium in Liektenberg cum universis attinentiis inter se equaliter divident*

K 3

- (a) An castrum dominiumque Lichtenberg tum fuerit patrimoniale, dubitari potest. Dividi enim nihilominus potuit, si feudum fuerit hereditarium, cuius certe naturam habuit saeculo sequenti, quo Palatini Principes illius fuere domini directi.
- (b) Agnes, filia Gerlaci, non solum allodia, sed & feuda obtinuit. Feuda nimirum, quae ad heredes tantum masculos pertinere poterant, ut etiam filiabus impetrari deberent, impetraverat Gerlacus, Agnetis pater, a dominis directis, cuius rei documentum habeo litteras Eberhardi Wormatiensis Episcopi, de castro Landsberg & universis bonis ab ipso iure feudali pendentibus Gerlaco Comiti datas XV Kal. Jul. 1259.

vident (c). Si vero inter filium Emichonis Comitis predicti  
 & filiam Simonis Comitis de Spanheim memorati copula ma-  
 trimonialis facta fuerit, pars eiusdem Dominii Comitis de  
 Spanheim iam dicti, nec non pars E. Comitis Sylvestris eis-  
 dem pueris integraliter manebunt, Sed si predicta copula ma-  
 trimonialis processum non habuerit dolo & fraude exclusis,  
 pars S. Comitis de Spanheim ante dictis duobus videlicet H.  
 & E. Comitibus cedet, qui tunc ipsum Dominium cum castro  
 ad placidum suum equaliter dividere poterunt, hoc adiecio,  
 quod quamdiu A. filia Comitis Veldentie predicta sub tutoribus  
 manebit, idem duo H. & E. ipsam ac universa bona sua o. nni  
 diligentia & fidelitate, qua possunt, protegent ac defendent,  
 prout fide data & iuramento corporali prestito, super hiis &  
 aliis premissis promiserunt, Omnia etiam feoda Comitie Vel-  
 dentie, que casualiter vacare poterunt & herede legitimo ca-  
 ruerint, quocumque modo ea conquisierint (e), predicti tres Do-  
 mini equaliter dampno & utilitate inclusis ipsa partiri tene-  
 buntur. Testes huius sunt Cunradus Comes Silvester, Lu-  
 dolphus de Smedeberg, Franko de Spanheim, Johannes de  
 Hottinbach, Cuno de Munsfort, Wilhelmus Reinoldus &

Gode.

- 
- (c) Effectu haec pactio caruit, ut omnis ista de hereditate Vel-  
 dentina constitutio, quum Agnes heres Veldentina vitam  
 propagaverit, atque ipsa quatuordecim fere annorum virgo  
 nuptias iniverit cum Henrico de Gerolzeck, cf. Kremeri <sup>Dipl.</sup>  
 Beytr. I Band 2 Stück, §. LXII, p. 192.
- (d) Annon haec tantum de feudis, quae a Comitibus Veldentinis  
 tanquam Dominis castri Lichtenberg pependerunt, intelligen-  
 da sunt?

Godefridus dictus Ungereth milites ac plures nobiles ac honesti. Ut autem hec rata & firma permaneant, hanc cartam sigillorum suorum appensione fecerunt roborari. Dat. Muncige Anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LX. In craftino Mauritii (e).

(L.S.)

Sigillum Henrici  
Comitis Gemini-  
pontis deest.

(L.S.)

S. EMCHONIS  
FILII CONRADI  
COMITIS SILVE-  
STRIS.

(L.S.)

SIGILLUM SI-  
MONIS DQMI-  
NI DE SPAN-  
HEIM.

## VIII

Tabula Eberhardi Domini de Eberstein & uxoris Adelheidis, qua non solum ambo erga monasterium Wernerivillanum sunt liberales & filii sui Eberhardi defuncti donationem eidem factam confirmant, sed & haec praesertim prioris sui mariti Godfridi Comitis de Spanheim liberalitates assensu suo iterum corroborat. 1260. Ex Registr. Wernerivill.

Nos Ebirhardus Dominus de Ebirsteyn & Domina Aelidis uxor nostra notum facimus omnibus per presentes quod habito consensu Domine Agnetis Comitisse filie nostre & Illustris viri Henrici Comitis Geminipontis mariti eius liberorumque eorundem & nostrorum communicata manu legavimus in elemosinam piam & puram & perpetuam monasterio de

---

(e) Qui incidit in d. XXIII Sept.

de Wernevillerio Cisterciensis Ordinis Metensis dioceos singulis annis viginti solidos Wormaciensium legalium in redditibus absque contradictione alicuius super allodio nostro sito in Ysenburg (a) Wormaciensis diocesis perpetuo possidendos. Ius super Ebirhardus bone memorie filius noster (b) etiam contulit antedictis monasterii de Wernevillerio fratribus pro elemosina decem solidos. Preterea nos Aelidis predicta firmiter protestamur, felicis recordacionis G. de Spanheim maritum nostrum priorem predictis fratribus de Vernevillerio carratam vini perpetuo singulis annis in elemosinam contulisse, quod hactenus perceperunt in villa de Monstirtreise (c) de nostra voluntate spontanea (d) assensu. Et cum idem Comes maritus noster esset in procinctu itineris sui cum ceteris cruce signatis transfretaturus ad petitionem domini Godeberti Abbatis quondam dicti monasterii (e) nostram mansum illum ad curiam nostram Daleheim pertinentem censumque eius (f) quicquid nobis inde servicii singulis annis Magister de Colgisteyn tenebatur impendere ex tunc (g) deinceps penitus remisit (h). Hec omnia predicta hac discrecione (i) devocatione fieri decrevimus universi ut Conventui antedicti monasterii cedant, pro servicio (j) in

- (a) Ysenburg, hodie Eisenberg, fuit in dominio castri Stauff, quod Eberhardus Ebersteinensis tenuit.
- (b) Eberhardus de Sayn dictus de Eberstein, de quo ad dipl. llll iam egimus.
- (c) Nullae de hac donatione litterae ipsius Godfridi de Spanheim supersunt.
- (d) Hae donationis litterae, supra a nobis editae primae sunt huius Decadis.

in die anniversarii nostri quod debet agi semel & simul in vigilia beati Benedicti annuatim de cetero in predicto monasterio honestius & devocius quam poterit, hac universalis legacione & elemosine supradicte fratres antedicti monasterii in prandio in vino, albo pane, piscibus, seu alleciis honeste & fideliter procuretur ipsa die. Si vero predicti fratres in anniversario faciendo annuatim, sicut in presentibus est expressum, deficerent, Nos Aelidis & heredes nostri nobis succedentes possemus legacionem seu donacionem dictis fratribus factas penitus revocare ac aliis quibuscumque nobis placeret, in elemosinam conferre. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillo nostro una cum sigillis Illustris viri Henrici Comitis Geminipontis & Agnetis filie nostre uxoris eius fecimus roborari. Actum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LX, In octava ascensionis domini (e).

## VIII

Litterae Simonis dicti de Ebirstein, filiorum Henrici II Bipontini & Agnetis heredis Ebersteinensis natu maximi, quibus allodium de Ensmyngen a parentibus suis in locum decimarum in villis Merlenheim & Miltiche, feudali iure Episcopo Argentinensi obstrictarum, & monasterio Wernerivillano legatarum, substitutum esse recognoscit. 1261. Ex Registr. Wernerivill.

Nos Symon dictus de Ebirsteyn (a) ad noticiam uni-  
L ver-

(e) h. e. ipsis Junii mensis Kalendis.

(a) Vox titulo addita *dictus* mihi quidem denotare videtur he-re.

*versorum cupimus devenire, cum Henricus Comes Gemini  
Pontis pater noster una cum Agneta Comitissa matre no-  
stra allodium de Ensmyngen (b) venerabili Dno W. Epo Ar-  
gentinensi (c) in recompensacionem decimarum in Merleheym (d)  
& in Miltzeche (e), quas monasterio & Conventui de Wer-*

redem, vel qui ius sibi heredis arrogat, sive hereditas pro-  
fecta sit a matre, sive a patre. Simon quidem noster ius in  
in Comitatus Ebersteinensis partem, quam avus possidebat,  
per matrem ad se translatum significare voluit: Eberhardus  
vero Comes de Seina, dictus fuit de Eberstein, tanquam  
heres patris. Neque igitur cum illustri Reinhardo Kleine  
Ausführungen, II Theil, XI Ausführung § VI, not. 4. p.  
113 - 117 non dissentire oportet in vera eiusmodi titulorum  
causa definienda.

- (b) De quo vide documentum X Decadis I.
- (c) Walthero, ex Dominis Geroldseckis Ortenaviensibus trans-  
Rhenum, qui 1260 in vigilia dom. Palmarum in Episcopum  
lectus est, & d. XII Febr. 1263 obiit. Vid. Herzogii Chron.  
Alf. L. IV p. 85 & 89.
- (d) In excerptis ex Codice membr. quo Bertholdus Episc. Ar-  
gent. circa a. 1350. curiam, suam feudalem describendam cu-  
ravit, ab. ill. Schoepflin Alf. ill. T. II. Per. Germ. Sect. I.  
geogr. polit p. 166. sq. editis, memoratur etiam §. CCLXXXIX  
de Merlenhemio; *Walramus Dominus de Geminoponte media-  
tatem villae Merlenheim.*
- (e) Villa Miltiche iuxta Marsallum sita postea, cum Fridericus  
Dux Lotharingus Bipontino Comiti Eberhardo castrum Bi-  
tis per concambium a. 1297 initum traderet, in iis locis  
fuit, quae a Bipontinis Comitibus Lotharingo retributa sunt.  
Tum en in Ducem Fridericum ab Episcopo Argentinensi vil-  
lam istam in beneficium accepisse tradit ill. Schoepflinus l. c.  
§ DIX, p. 274. not. (t).

neuillerio ordinis Cisterciensis Metensis diocesis de nostro consen-  
su dederunt  $\mathfrak{G}$  in perpetuam elemosinam legaverunt, assigna-  
verint dictum allodium in Ensinungen memorato Dno W.  
Argentinensi episcopo in recompensionem dictarum decima-  
rum a dictis parentibus nostris patre videlicet  $\mathfrak{G}$  matre de no-  
stra bona voluntate  $\mathfrak{G}$  consensu assignatum fore cognoscimus  $\mathfrak{G}$   
presentibus affirmamus, prefatum allodium una cum nostris  
heredibus ab ecclesia  $\mathfrak{G}$  Episcopo Argentinensi titulo feodi  
deinceps possessuri Recognoscentes nos  $\mathfrak{G}$  heredes nostros dicte  
Ecclesie  $\mathfrak{G}$  Episcopo, qui pro tempore fuerit, Argentine ratione  
memorati allodii perpetuo annexos homagii vinculo  $\mathfrak{G}$  astriktos.  
In cuius robur  $\mathfrak{G}$  evidens testimonium presens scriptum inde  
confectum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum  
Anno Dni M° CC° LXI° In die Conversionis beati Pauli  
Apostoli (f).

## X

Adelheidis, Comitissae de Eberstein & de Spanheim, lit-  
terae, quibus donationes monasterio Wernerivillano  
factas ab utroque suo marito confirmat definitque  
1263. Ex Reg. Werneriv.

Noverint universi presencium inspectores, quod cum nos Adel-  
heidis Comitissa de Ebirsteyn & de Spanheym una cum domino  $\mathfrak{G}$   
marito nostro Ebirhardo quondam Comite de Ebirsteyn felicis  
memorie (a) de voluntate  $\mathfrak{G}$  consensu Henrici Comitis Geminipon-

(f) h. e. d. XXV. Januarii.

(a) Obieratis hoc ipso anno mense Martio, uti supra probavi-  
mus.

is generi nostri Agnetis uxoris eius filie nostre Symonis filii eorundem dicti de Ebersteyn nepotis nostri (b) ceterorumque liberorum & heredum nostrorum (c) monasterio & conventui beate Marie in Werneswilre ordinis Cisterciensis Metensis dioceos viginti solidos denariorum Wormaciensium iam dudum in perpetuam elemosinam legaverimus ac libere dederimus (d) quemadmodum in instrumentis inde confectis plenius continetur, ad cautelam & securitatem dicti Monasterii & Conventus perpetuam dictos viginti solidos in censibus nostris in villa Ijsenburg specificandos duximus in bunc modum, ut in festo beati Martini dicto monasterio & conventui perpetuo annis singulis assignandos, videlicet de molendino & prato Alberti decem solidos, de curia & domo Burgbardi quinque solidos, de curia & domo Rudegeri duas uncias, de area Ertmari, que due partes in via dicta Slewdelwege dicitur, viginti denarios. Protestamur insuper & presentibus affirmamus, dominum Godefridum quondam maritum nostrum Comitem de Spanheim pie memorie prefato monasterio & Conventui de Werneswilre de consensu universorum liborum & heredum nostrorum carratam vini in puram & perpetuam elemosinam contulisse, quam fratres dicti monasterii cum omni integritate sine contradictione qualibet perpetuo singulis annis percipient in curia nostra Treise. In cuius robur & testimonium perpetuum nostro, Heinrici Comitis Geminipontis, Agnetis filie nostre & Symonis nepotis nostri prefatorum sigillis communiri fecimus presens scriptum. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CCmoLXIII In crastina Trinitat s(e).

- 
- (b) Videtur is nondum ipse Comitatum Ebersteinensem, qui ad ipsum iure hereditario pervenerat, administrasse, superflite avia Adelheide, quae vero hoc ipso anno maritos suos est secuta.
  - (c) Indicantur Sponhemii, ceterique tum ex Eberhardo tum ex Agneta nepotes.
  - (d) Vide supra documentum VIII.
  - (e) h. e. prid. Kal. Jun. s. d. XXXI Maii.

## Caput III



## Caput III

*De rebus ab Henrico II bellico, Comite Geminipontis, gestis,  
eiusque obitu ac liberis.*

### S. 4.

**S**atis quidem longi fuimus in consanguinitate & affinitate  
Henrici II, Comitis Geminipontis, illustranda: sed  
qui nostram qualemcumque operam in eiusmodi lucubra-  
tionibus ponendam minus aequi bonique consulat, credo  
fore neminem. Non solum enim sic familiis inter illustres  
illustrioribus lumen impertire denuo videmur, sed viam  
quoque munivisse censendi sumus ad res gestas ab Henrico  
nostro rectius cognoscendas. Quamvis autem harum copia  
tanta sit, quantum historia Comitum ac Dynastarum eius  
aevi rarius effundat, haud tamen eam continuationem fe-  
riemque sperare debemus, quam nequidem in rebus no-  
viorum temporum semper expectare licet, tantum abest,  
ut perfecta evadere queat. Commodius vero nobis vi-  
sum est, ea, quae ad auctoritatem Henrici, virtutem bel-  
licam gloriamque armis repartam pertinent, seorsim attin-  
gere, caetera ipsis rerum documentis, quorum binas sub-  
iungimus decades, illuminandis reservare; qua ratione  
haud erit verendum, ne de eadem re bis dixisse videamur.  
Erunt forte, qui ex chartarum a nobis editarum numero  
quasdam, quae levioris momenti videri possunt, eximen-  
das fuisse existiment. At cum in hisce rebus suis cuilibet

M

Ica-

sensus sit, suaque iudicandi ratio, contingit saepius, ut quae aliis supervacanea videntur, aliis haud ingrata sint, atque etiam si non ad historiam amplificandam insigni quadam ratione valeant, tamen notitiam regionum locorumque augere, familiarum etiam minus illustrium conditio-  
nem cognitam reddere, mores aevi simplices prodere, iu-  
ra aut nescio quae alia illustrare ducantur.

## §. 2.

Capite huius sectionis primo § 9 Henricum nostrum societatem bellicam cum variis iisque potentioribus prin-  
cipibus coluisse, demonstravimus. Primum scilicet foedere coniunctus fuit Theobaldo II, Comiti Barrensi: dein quum  
is parum officio satisfecisset, societati renunciavit Henricus,  
aque novam iniit cum Episcopo Metensi, cuius sece li-  
gium professus est a. cloccxxxxiii; quod testantur binae litterae hoc anno datae (a), quarum alterae d. viii Sep-  
tembris datae ostendunt, eundem quoque Matthaeo, Lo-  
tharingiae Duci, ad operam bellicam fuisse devinctum, al-  
terae vero in festo S. Michaelis conscriptae tradunt, Co-  
mitem de Eberstein (b) & Henricum Bipontinum (c) misso  
cum

---

(a) Vide eas in Dec. I, n VIII & VIII p. 32 & 33.

(b) Sic nimirum emendandum duxi corruptum, quod praeferunt,  
Comitis de Oberstein nomen; cf. l.c. p. 33 not. (a). Fuere enim Comites de Eberstein trans Rhenum ex vasallis Metensi-  
bus, quod ad a. 1275 infra confirmatur Dec. IIII, dipl. IIII,  
not. (a). Unde Iohannes Episcopus Metensis circa a. 1231 in  
civili bello Metensi, a Lotharingiae Duce Barrique Comite de-  
ser-

cum Barrensi Comite foedere fidem suam addixisse Episcopū Metensi Iacobo. Habuit igitur Comes noster, quantum exinde confidere possumus tres Dominos ligios, primum Imperatorem, qui alias omnes iure antecedebat, tum Episcopum Metensem, tum Matthaeum Lotharingiae Ducem, qui isto minor erat iure. Silent vero temporum illorum monumentum occasionem finemque horum foederum, quae uti bellica erant, sic sunt documenta prudentiae, virtutis & auctoritatis Henrici, in quo sibi praesidium parare studuerunt Comes Barrensis potentior, Episcopus atque Dux, uterque opibus copiisque valentissimi. Silet etiam historia res ab Henrico nostro iuvene viroque praeclare gestas, de quibus tamen eiusdem iam senis bella victoriasque cogitantibus nulla ratione dubitare licet.

## §. 3.

Disputavimus etiam supra, ligia haec foedera minime ad conditionem indolemque Comitatus Bipontini inde colligendam pertinere. Neque tamen est dubitandum, Comi-

M 2

---

fertus, neque in amicis spem sibi salutis positam videns, in Teutoniam, loquor iam cum veteri scriptore Append. poster. Gestorum Epif. Metens apud Calmetum hist. Lotharing. T. I. probb. p. LXXXIV, ad gentes extraneas se convertit, ubi illustrium virorum de Eurestein & de Daborc Comitum & aliorum multorum nobilium, qui in habenda militia potentes erant, auxiliu imploravit. Qui sibi tum prece tum pretio unanimiter adbaerentes collecto magno exercitu ipsum sunt secuti &c.

(c) Quem fuisse secundum huius nominis certo auguror ex sociate Comitis de Eberstein, cuius filiam iam tum duxerat.

rem nostrum, qui Comitatum certe suum ab omni nexo  
feudali liberum tenebat, mercede adductum sese ministrum  
praebuisse sociumque Episcopo atque Duci, seu ut ad ea  
tempora loquar accommodatius, feuda ab iis accepisse ligia  
& reddibilia. Sic Comes noster a Duce habuit castrum  
Lievenberg, usque ad annum cloccLXVIII, quo una cum  
uxore Agnete praecipit Lambert de Castris & Iohanni de  
Lievenberg militibus, ut homagio sese Friderico III, Duci,  
obstringant eodem pacto, quo ipse Comes Duci servitia  
debuerit intuitu dimidii castri Lievenberg (*d*), quod in  
finibus Domini S. Wandalini exstructum id temporis emi-  
nebat (*e*). An castrum Morsberg, de quo ad dec. III dipl.  
VII disputavimus, ab eo tempore, quo dominium Bipon-  
tinum subiit, beneficiaria lege a Ducibus Lotharingiae de-  
pendens fuerit, non habeo, quod certo dicam. Sed cum  
anno cloccLXXXVII certe feudum Ducis fuisse perhibetur,  
affirmare id potius ausim, quam ambigere. Atque haec fuere  
feuda, quorum ratione habita Henricum Bipontinum, li-  
berum Geminipontis Dominum, vasallum vel hominem  
Ducis Lotharingiae fuisse dicamus oportet.

## §. 4.

- 
- (*d*) *Calmetus* in hist. Loth. edit. nov. T. II dissert. Remarques sur le  
Comté de Castris &c. p. xxvi haec ita prodit: *En 1269 Henry  
Comte de Deuxponts & Agnes sa femme ordonnent à Lambert  
de Castris & à Jean de Lievenberg d'entrer dans l'hommage du  
Duc Ferri III, en la forme que lui même Henry y étoit attenué  
suparavant pour la moitié du Château de Lievenberg,*
- (*e*) *Hodie nihil nisi rudera supersunt haud procul ab oppido Si-  
Wandalini in monte, qui etiamnum dicitur Limberg, Lieben-  
berg, sed in mappis geographicis minus recte effertur Limpurg.*

## §. 4.

A. cccclxviii & sequenti Henricum Comitem Friderici Duxis a partibus sterile aduersus Laurentium, electum Episcopum Metensem, illique una cum Henrico Comite de Blamont tam fortiter esse auxiliatum, ut Laurentius pacem omniaque Metensis ecclesiae castra caeteraque ipsi durante bello erupta redimere cogeretur satis grandi pecunia, didicimus ex instrumento primae pacis inter Laurentium Metensem Episcopum atque Fridericu Ducem a. cccclxx die Martii ante festum purificationis S. Mariae h. e. d. 28 Ian confecto (f). Atque eodem anno reconciliatus Comes noster Episcopo sele una cum filio primogenito Simone, Domino de Eberstein, ligium ipsius fecit; hic quidem ratione villaे Brétheim & hominum S. Stephani s. ecclesiae Metensis trans Rhenum, in Dominio Ebersteinensi, vasallus erat Episcopi (g).

M' 3'

§. 5.

(f) Vid. Calmeti hist. de Lorr. edit. vet. T. II, preuves, pag. cccxcviii sq. *Nos Lorans — Esleus de Metz, & Ferri Dux de Loberenne & Marchis fasons confant a tous, que de toutes dettes, pleigueries, entreprises, domaiges, arsons, force, occisions & de Chastels abatus, & de toutes autres chouses, sauvraiges, donc ait esté grant piece guerre entre l'Aveschie de Metz & la Duchie de Loberenne, nos sommes accordéz cuer a cuer entierement pour nos & pour tous nos hommes & pour toutes nos aydes, qui plus sont nos hommes qu'aetrui, & nommement pour le Comte de Douspons & Henry de Blamont qui ont esté a l'aide de moi Dux devant dict &c.*

(g) Referunt hoc litterarum, quas Meurissius in hist. Episc. Met. L. III, p. 477 se in tabulario Episcopali vidisse narrat, primae vid. infra ad dipl. IIII, Dec. IIII, not. (a).

## §. 5.

Anno cloccCLXXXIII Henricus Geminipontis Comes cum suis filiis Eberhardo & Walramo, Emicho & Fridericus Comites de Liningen, Bolandius Dynasta aliique Domini Rudolphi I Regis iussu, munitiones duas Rudolphi Marchionis Badensis, Selse & Seldenowe, ex quibus multum iniuriae ante Rudolphi regis tempora Principibus Dominisque vicinis illatae fuerant, oppugnarunt expugnatasque disiecerunt; cuius rei gestae notitiam debemus chartae ipsius Marchionis, quam dedimus Dec. IIII, n. II.

## §. 6.

Illustrior autem facta est prudentia, virtus ac gloria Comitis nostri, cum Rainaldo, Comite de Castris ac Domino de Bitis a. cloccLXXXIII absque liberis defuncto, de Comitatu Castris ad Blesam acerrimae disceptationes exorirentur. Quae res paulo uberius nobis iam enarranda est. Rainaldus de Lotharingia, Friderici II Ducis Lotharingiae filius ordine quartus, Theobaldi & Matthaei II Ducum frater, atque Friderici III, qui post patris Matthaei obitum inde ab a. cloccL per quinquaginta tres annos Ducatum tenuit, patruus (*b*), is, inquam, qui a. cloccXXXVIII ex hereditate paterna a fratre Mattheo collatum obtinuerat castrumque dominiumque de Bitthes, s. Bitis (*i*), uxore ducta

Eli-

(*b*) Calmet hist. de Lorr. edit. nov. Differt. p. ccxxx

(*i*) Vid. Matthaei II Ducis litteras uxori Catharinae datas a. 1238 de castro Longwy in compensationem castris Bitis antea ipsi assig-  
nati

Elisabetha, Henrici ultimi Comitis de Castris filia natu maxima eaque herede, comitatum hunc, qui erat feudum ecclesiae Metensis, adeptus erat (k), sed nullos ex eo suscep- perat liberos. Quare cum a. cl<sup>o</sup>cclxiii castrum oppidum que Pütlingen, quod dominium aequa ac castrum s. comi- tatus Forbach (l) Comites de Castris possederunt, a Fride- rico III Duce, nepote suo, in feudum acciperet, factum id est ea conditione, ut Rainaldo defuncto primogenitus filius, ex sorore coniugis ipsius Elisabethae de Castris natus, in feudum succederet, atque hoc etiam absque liberis de- cedente alterius sororis filius (m). Rainaldus Comes coniugi Elisabethae, quae anno cl<sup>o</sup>cclxxiii obiisse videtur (n), su- per-

---

nati dotis dato, in *Calmeti hist. Loth.* edit. vet. T. II preuves pag. cccclxx.

(k) Vid. Origg. P. I, cap. IIII, §. IIII pag. 167 sq. & qui ibi laudatur not. (q) *Albericus ad a. 1238.*

(l) Vid. Origg. P. I, l. c. p. 195 not. (t).

(m) *Calmetus hist. de Lorr.* T. II; edit. nov. Remarques sur la Comté de Castres &c. p. xxvi Dissert. hasce recognitionis litteras sic commémorat: En 1264. Renaud Cuens de Castres & Sire de Bitche reconnoit tenir en Fief & hommage du Duc Ferri III Putlange, le Chatel & la ville, & apres eux le fils ainé de la soeur de la Comtesse Elisabet sa femme; Et si de lui defailloit, le fils de son autre soeur entreroit en l'homage du Duc. Ces precautions font voir, qu'il n'y avoit point d'enfans d'entre Renaud de Lor- raine & Elisabet de Castres.

(n) Asservatae olim in tabulario monasterii Wernerivillani fuere litterae Elisabethae Comitissae de Castris ac Dominae de Bitis a. 1273 conscriptae, quibus villas suas Reichweiler & Buben- hausen

perfites vixit annum. Fridericus enim Dux Lotharingiae, Rainaldi, qui a. 1200 ultimam liberalitatem erga monasterium Wernerivillanum exercuerat (o), donationem eodem anno confirmans de ipso tanquam defuncto loquitur (p). Mortuo igitur absque liberis heredibus Rainaldo

am-

hausen dicto monasterio in eleemosynam perpetuam contulit, ac donationes a maioribus suis factas confirmavit, pariterque castrenibus suis in Castris, subditisque in Blickweiler & Lauxkirchen praecepit, ne unquam in silvas monasterii lignatum irent aut tanquam in pascua greges deducendos curarent. Anno autem sequenti 1274 Elisabetha haud amplius in chartis occurrit, sed solus Rainaldus Comes.

(o) In festo beati Sixti Papae & Martyris, h.e. d. 6 Aug. Rainaldus vineam suam sitam & plantatam in Bolcha, [Bolken, villa ad Blesam haud procul a monasterio Graevinthal,] ecclesiae Wernerivillanae contulit, ea lege, ut monialibus de pomoerio apud Geminumpontem quotannis quinque solidi Metenses inde penderentur; vid. Origg. P. I, cap. I, p. 32.

(p) En ipsum Friderici Ducis praeceptum: Fridericus Dux Lotharingiae & Marchio dilecto fidei suo sculteto in Gemonde. [Saargemünd] ceterisque universis presens scriptum gratiam suam & omne bonum. Intelleximus, quod vir nobilis Reynaldus Comes Castrensis bone memorie patruus noster monasterio & conventui beate Marie in Werneswilre ordinis Cisterciensis Metensis dioecesis vineam suam sitam in Bolche & ab ipso plantatam pro anime sue remedio in elemosinam perpetuam contulit & legavit. Quia vero piis defunctorum voluntatibus semper est parendum, tibi N. scultete ceterisque universis nostre iurisdictioni subiectis districte precipiendo mandamus, quatenus dictum monasterium prefata elemosina, quam propter Deum ut idem conventus pro nostra patruique nostri prefati salute exoret, ratam

ampla huius materia de hereditate comitatus Castrensis existit. Erant enim quinque sorores, quarum mariti aut nati primogeniti, ius sibi quilibet in Comitatu deberi, contendebant (q). Prima earum f. Loretta f. Maria nupserat Henrico III Comiti de Salmis, eique pepererat filios Henricum V, Johannem & Fridericum (r). Aliam duxerat uxorem Ulricus II, Dynasta Rappoltsteinius, cuius filius vero Ulricus III partem hereditatis maternae, quam sibi deberi ratus est, quintam Rainaldo Comiti a. cloccCLXXIII vendiderat pro CL libris Merensium denariorum (s). Quibus vero ceterae sorores nuptae fuerint,

N

in:

tam gratam gerimus & acceptam, permittatis gaudere pace libera & quieta dictum monasterium a violentia qualibet prefate elemosine vice nostra defendentes, sicut ex hoc nostrum cupitis favorem & graciam promoveri. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CC° LXXIIII.

(q) Vide infra not. y.

(r) Conf Origg. P. I, cap. llll, § llll, p. 169. Quum vero Calmetus hist. Loth. T. II, edit. nov. Dissertt. Remarques sur le Comté de Castres &c. p. xxvi Mariam Elisabethae sororem uxorem fuisse dicat Henrici Comitis de Salmis in Arduenna, egregie in hoc fallitur, quum Henricus noster Salmenis oriundus fuerit ex gente altera Salmeni in Lotharingia; conf. Hontbemii hist. Tr. dipl. T. I, n. DLVII ad an. 1280 pag. 812 not. (a).

(s) Calmetus l. c. hanc venditionem ita narrat: En 1274 Simon de Parroye atteste, qu'il a été présent au vendage, qui fut fait par Olric, Sire de Ribeauville à Renaud Comte de Castres, Sieur de Bitche, de tout ce que le dit Olric devoit espérer de

66

incognitum adhuc est. Praeter hos Fridericus III, Lotharingiae Dux, Rainaldi ex fratre nepos, patrui heredem gerere se gestiebat. Neque enim solum Rainaldus sibi acquisiverat quintam totius hereditatis partem, quae Ulrico Rappoltsteinio obvenire potuit, sed & Dominium Putingenense feodum erat Lotharingicum, quod absque dubio Dux sibi iam apertum credebat, quamvis cum Rainaldo a. cloccclxiii pactus esset, ut primogenitus ex Elisabethae de Castris sorore seniori in illo post obitum Rainaldi succedere deberet (t). Intercedebat vero Henricus Comes Geminipontis a Rainaldo Comite ad ultimam voluntatem exequendam constitutus, diemque dicebat heredibus octavam post pascha, scilicet d. xxii Aprilis, ut singulis heredibus quintam hereditatis partem assignaret, in se simul recipiens, se, si forte contrarius esse vellet Comes Salmensis, Fridericum Ducem adiuturum esse, facturumque, ut cum singuli partem suam acceperint, omnes ad satisfaciendum Ducis conferant (u). Aegre haec omnia ferebat Episcopus Metensis

---

la part de sa mere dans le Comté de Castres, pour la somme de 150 livres de Messins ; l'Acte est de l'an 1274, le Mercredi devant la fête de St. Michel (d. 26 Sept.) & la vente est de la même année & se trouve au Cartulaire de Bar, fol. 12, 20 & 7. & 18. 20. & 18. Ulricum vero venditorē natum fuisse Ulrico II de Rappoltstein, discas ex tabula genearchica familiae Rappoltsteinensis in ill. Schoepflii Alsat. ill. T. II, p. 613.

(t) Vide supra not (m).

(u) Calmeti l. c. p. xxvii & Tom. III, L. xxviii, § xxx, p. 128 & 129, ubi ad tabularium Lotharingiae provocans iussum Comitis nostri die Mercurii ante Dominicam Palmarum scriptum esse dicit. Is autem incidit in d. 7 April.

sis Laurentius, dominus directus castrī ad Bleſam, qui Comitatum univerſum feodum contendens eſſe masculinum, nec ad feminas transmissibile, illum cum ecclesiae ſuae fisco rurſus coniungere moliebatur; quod quidem iniquius ex cogitatū fuſſe, vel ſolae littetæ demonstrant a. cloccxxxvii scriptæ, quibus Elisabetha Caſtrenſis, ſe dictum caſtrum cum dominio iuribusque attinentibus ab Epifcopo Johanne tanquam reddibile, hoc eſt, in quo Epifcopus ius aperturae habere debeat, in feodum recepiſſe, profitetur, atque simul omne allodium francum ſeu liberum patris ſui eidem offert ea lege, ut ſi nullos relictura ſit heredes, altera ſororum eodem iure illud obtainere debeat (v). Ab hac Comitatus Caſtrenſis formula iam abiens Epifcopus armis ius, quod ſibi habere videbatur, persequi cupiebat, ſed intelligebat quoque, ſe parum eſſe profeſtum, niſi bellicosum Comitem noſtrum in partes pertraheret ſuas. Atque contigiffe Epifcopo, ut Henricum Bipontinum ſibi devinceret, produnt huius litterae d. VI Julii a. cloccclxxv datae, quibus ſe ligium Epifcopi hominem factum declarat (w). Fride- ricus Dux pariter opes ſuas confirmaturus adverſus Epifcopum, ſibi auxilium adiungebat Simonis, Comitis Sarae- pontani ac Domini de Commarceio, teſtante huius tabula d. XII Julii eodem anno conſcripta (x). Comes vero Sal-

N 2 mentis

(v) Summam harum litterarum ſupra Origg. P. I, cap. IIII, §. IIII, p. 166 ſq. not. (o) dedimus defumtam ex ſententia iudicij recuperatorii Metensis d. xxv Junii 1680 de Dominio Caſtrenſi lata.

(w) Vide infra dipl. IIII, Dec. IIII.

(x) Lubet eam ex Calmeti hist. Loth. T. II, edit. vet. probb.

mensis, Henricus, metuens, ne, decertantibus inter se potentioribus Principibus de largiori hereditate, ipse iure suo, quod erat potius, excideret, cum Episcopo, a cuius partibus iam stabat Bipontinus, compositionem fecit de dividendo Comitatu Castri dominioque Putlingensi d. XXI O&E. dicti anni (y). Lotharingiae Dux incensus arma capiebat adver-

- p. DVIII depromtam hic denuo exprimere: Je Symons Cuens de Sarbrucke & Sires de Commerci †, fais savoir a tous, que je dois aidier a Ferri Dus de Lorreigne & Marchis, mon ami Seignour de petite force & de grant \*, encontre tous ceux qui rien li demandent, & vourroient demander en ceu que il clame & demande en la Comtei de Castres, & ce li promes-je tenir loiaulment par ma foy corporellement donnée ††. En temoignage de veritei lui ai-je données ces presentes lettres saellies de mon scel pendant, qui furent faittes l'an de grace mil douz cens Sexante & quinze, le Vendredy devant la Division des Apotres.
- † Eit is Simon III, Comes Saraepontis ac Dominus de Commerci, quem filium fuisse Arnedaei Montisbeligardensis ac Mechtildis heredis Saraepontanae vidimus Origg. P. I, cap. IIII, § V, p. 231 sq. & tabula p. 340.
- \* Formula ad magnam vim & parvam, quae est homagii eiusque ligii propria, nihil aliud significat, quam Comitem Duci recepisse, caitra sua aperta fore, si hic eis opus habeat atque praefidium in illis collocare velit validius; cf. Diff. du Fresnianam xxx de feudis iurabilibus & redidibilibus in excell. Pistorii Amoenit hist. iurid. P. VII. & VIII, p. 2018 sq.
- †† Juramentum hoc, quod praestabat homo ligius, maxime diversum est a promissione fidelitatis, quam facere debet vasallus. Neque enim omissis vasallus erat ligius, neque omnis ligetas vasallagium inferebat, quod supra iam notavimus. P. I, cap: I, § 9, p. 13; cf. etiam du Fresne l. c p. 2012 sq.
- (y) Litteras has, quae inter chartas a Meurisso recentitas, [vide

## adversus Episcopum Comitemque Bipontinum. Neque h̄c,

N 3

&amp;

infra Dec. llll, dipl. llll, not. (a) ] secundum obtinent locum,  
 male tribuit *Calmetus* in hist. Loth. T. II, edit. nov. Diss.  
 p. xxvii Henrico Bipontino, quasi de Comitatu Castrī ac  
 Dominio Pütingen investito; sed falli ipsum discimus ex  
 sententia iudicij recuperatorii Metensis d. 25 Junii 1680 de  
 Comitatu Castrī lata, ubi pactio isthaec his enarratur verbis:  
*Traité en la page suivante du même Cartulaire, du Lundy après  
 la feste S. Luc 1275, par lequel Henry Comte de Salmes s'oblige  
 à Laurent, Evesque de Metz, de ne laisser à Ferry Duc de Lor-  
 raine le Comté de Castres, ny de Putlange, ny le cinquième  
 qu'il y pretendoit, sans la permission du dit Evesque de Metz, re-  
 connoissant que Castres & Putlanges sont fiefs de l'Evesché de  
 Metz, liges & rendables; reciprocquement l'Evesque promet de ne  
 faire aucun accord avec le dit Duc, qui puisse nuire au dit Henry,  
 mais l'aider; & parce que le dit Evesque pretendoit le dit fief  
 de Castres estre echeu à l'Evesché de Metz au deffaut de masles,  
 le dit Henry au contraire stipulant pour ses enfans soutenoit,  
 qu'il le devoit donner aux enfans de cinq soeurs, dont il en  
 avoit épousé une, ou aux enfans d'une d'elles, est accordé, que  
 l'ainé du dit Henry aura la cinquième partie de Castres & de  
 Putlange en fief, & que les autres quatre portions demeureront  
 à l'Evesque jusqu'au jugement de la contestation, & que si le  
 dit Comté estoit adjugé au dit Evesque, il en laisseroit la  
 moitié en foy & hommage au dit fils ainé y compris son cin-  
 quième, que s'il n'en pouvoit exclure les enfans des dites cinq  
 soeurs, ni le dit Duc, & qu'il fallût acheter & racheter le  
 dit Comté de Castres, le dit Evesque en auroit la moitié, le  
 dit fils ainé du dit Comte de Salmes l'autre moitié en payant  
 sa part, & que l'un ne pourroit acheter ou racheter sans l'autre  
 voulant payer sa moitié, que si le dit fils n'avoit deniers,  
 l'Evesque lui prêteroit pour un an, & ne le remboursant après  
 l'an, l'acquest demeurera au dit Evesque.*

& fidei liberandae & gloriae augendae cupidus, minus erat impiger ad labores belli periculaque. Ventum igitur est a. cccclxxvi ineunte ad pugnam acerrimam haud procul a castro ad Blesam in monte, qui nobis dicitur Wattweiler Höhe, qua Dux Lotharingiae inferior discessit, Comitique nostro victoris laudem reliquit. Loquuntur eam Annales Dominicanorum Colmarienses (z) ad hunc annum his verbis: *Dux Lotaringie vixus a Comite Geminipontis: utrumque ceciderunt multi & equi & homines.* Haud tamen hac pugna sedatum fuit bellum. Coniungebat enim se Episcopo Comitique Henrico Conradus Argentinensis Episcopus. Quare commotus Lotharingiae Dux metuensque, ne partis adversac vires etiam aliorum Dominorum auxiliis adauertae sibi nimium forent graves, non solum cum Theobaldo Barri Comite paciscebatur, ne is Episcopos Metensem & Argentoratensem, Comitemque Geminipontis suis adiuvarer copiis, excepto servitio, quod Metensi Episcopo debebat ex feudo (aa), sed etiam Theobaldi huius filium natu-

ma-

(z) In *Ursisii Script. rer. Germ.* T. II, p. 12 ad a. 1276. Idem refert *Herzogius, Chronographus Alsatiae,* L. V, p. 37 atque dein addit: *Soll solche Schlacht auf Wattweiler Höhe beschehen seyn.*

(aa) En litteras Theobaldi ex Calmeti hist. Loth. edit. vet. T. II, probb. *Nous Tbieaus, Cuens de Bar, faisons savoir a tous, que nous avons teils convenances a nostre amei Signour Ferre noble Duc de Lorreigne & Marchis, que n'en aiderons encontre lui. Lorent par la grace de Deu Evesque de Metz, Convault par la grace de Deu Evesque de Strasbourg, ne Henry Comte de Dousponts, sauf ce que nos pouons servir le dit Evesque de Metz.*

maximum, Henricum eo adduxit, ut cum centum milibus seu equitibus in auxilium ipsi venire vellet (bb). Redintegratum igitur est bellum anno cloccclxxvii inter Episcopos Ducecumque (cc), tandem vero controversia omnis,  
quae

Metz, se nos volons, dou Fiè que nos tenons de luy; & se nos l'en serviens par aventure, nos seriens tenuir de servir le devant dit Duc dou Fiè, que nos tenons de luy aussi. Et ce promettons nos a tenir a devant dit Duc en bonne foy & loiaulment par nostre sairement fait corporellement. En temoignage de cette chose, & por ceu, qu'elle soit ferme & estauble, nos avons fait saeller ces lettres de nostre scel. Et furent faittes l'an de grace mil dous cens sexante & deix & sept, le Samedy apres l'apparition de nostre Signour. h. e. d. 9 Januarii.

(bb) Easdem inseruit Calmetus probationibus hist. Loth. l. c. gallice scriptas: Je Henris ainsneis filz de Comte de Bar, fuers de Meinburnie, fais savoir a tous celz qui ces presentes lettres verront & orront, que je dois aidier noble homme Ferri Duc de Lorreigne & Marchis, a cent bonnnes a cheval a armes aus depens le dit Duc en toutes choses, contre Lovent par la grace de Deu Eveske de Mez, Conrault, par la grace de Deu Eveske de Strasbourg & Henry Comte de Dous pont, & ce li promes-je en bonne foy & loiaulment & par mon sairement corporellement donne. En temoignage de laquelle chose je ai re quis noble hominé Thiebaut Comte de Bar mon Signour & mon Pere, quil mette son Scel en ces presentes lettres en temoignage de veritei. Et nos Thiebaut Cuens devantdit, a la priere a la requeste d'Henry nostre fils devantdit, avons fait saeller ces presentes Lettres de nostre Scel, & furent faites l'an de grace MCC sexante & deix & sept, le Samedy apres l'apparition de nostre Signour.

(cc) Annales Dominic. Colmar. ad a. 1277 in Urstisu scripti, T. II,

quae inter illos agitata fuerat, a cloccCLXXVIII relista arbitrio Goberti, Domini de Aspero monte, qui eam d. XXIIII Aug diiudicavit. Quod ad Comitatum Castrum dominiumque Putlingen attinet, retinebat utrumque Comes de Salmis, cuius chartae ab a. cloccCLXXVII datae in tabulario Wernerillano affervabantur (dd). Idem quoque, quam Comites

p 14: *Episcopus Metensis & Argentinenensis Duxem Lotharingiae impugnant. Dux duodecim currus Episcopo Argentinensti abstulit: postea res composita est.* cf. Calmeti hist. Loth. edit. II, T. III, p. 129 ad h. a.

(dd) Meretur certe harum prima, quae in lucem prodeat: *Noverint universi, quod nos Henricus Comes de Salmis attendentes egestatem & penuriam religiosorum virorum Abbatis & conventus monasterii de Wernevillerio Cisterciensis ordinis Metensis dioceos prout centum maldris tritici a nostris officialibus de Puttelingen in Graugia eorum apud Halvingen eis ablatis sedecim maldra tritici in curia nostra Halvingen annuatim primitus capienda dictis religiosis omni postposito impedimento assignamus, quo usque dictorum centum maldrorum recipiant complementum integrum & restaurum, inhibentes sub obtentu gracie nostre ne quis officialium nostrorum memoratos religiosos in premissis modis aliquibus impedit, ymmo promoveat ut pote nostram diligit graciam & favorem. Ad ratificationem premissorum nos presentibus inviolabiliter obligantes. In cuius rei testimonium Domini Henrici Comitis Geminipontis & nostro sigillis communiri fecimus presens scriptum. Datum anno Domini MCCLXXII<sup>o</sup> XVI Kln Februarii. De Halvingen s. Holbingen, vico domini Putlengensis, vid. Origg. P. I, c. III, § III, p. 156 & 165. Addimus huic documento etiam titulum, quo aliud a. 1281 scriptum in indice chartarum Wernerillanarum indicatum reperi: Graf Heinrich von Salm und Herr zu Castel*

1281

mites Castris quondam tanquam beneficium ab ecclesia Trevirensi tenuerant, Advocatiam de Berncastel, castrumque Hunoltstein possedit, quod testantur litterae ab ipso Henrico Comite de Salmis, eiusque natis Henrico & Iohanne Kln. Apr. a. ~~c~~<sup>cc</sup>CLXXX datae, quibus Henrico de Vinstingen Archiepiscopo Trevirensi omnia bona, quae habebant in Berncastel & Monterville, vendunt, castro per Archiepiscopum prope Berncastel exstructo renuntiant ac tandem se castrum Hunolstein in feudum habere recognoscunt, testimonio ac sigillis *Henrici Comitis Geminipontensis, Henrici Comitis de Forbach, Walerami & Eberhardi fratrum natorum dicti Comitis de Geminoponte caet. munitae* (ee). Dominum Forbacense vero, quod Comites de Castris olim quoque tenuerunt, peculiari iam paruisse Comiti, ex illa ipsa subscriptione discimus. Forte Henricus iste de Forbach ex alia sorore Elisabethae de Castris natus fuit. Recurrit vero Henricus, Comes de Forbach, tanquam confoederatus Episcopi Metensis, a. ~~c~~<sup>cc</sup>LXXXI in instrumento pacis inter Episcopum & Ducem Lotharingiae initae (ff), qua etiam conventum fuit, Henricum Forbacensem Comitem deinceps dominium suum a Duee in feudum esse habitu-

O rum

---

ratisifiret die Donation des Dorffs Bubenhauen/ welches Elisabeth Gräfin zu Cassel dem Closter Wersweiler mit den Leuten/ Einkommen und aller Zugehörung übergeben hat / 1281.

(ee) Vide eas in *Hombremii hist. Trev. dipl. T. I., n. DLVII*, p. 812 sq.

(ff) Cf. *Calmeti hist. Loth. T. III., edit. II., p. 140 L. XXIV.*, § XLII & probb. ad h. a.

rum (gg). Qua ratione Comitatus Castris ab Henrico de Salmis a. cloccCLXXXIII Episcopo Metensi Burcardo venditus fuerit (bb), novamque subinde materiam certaminum praebuerit, infra Sect. III suo loco enarrabitur. Quamvis vero haec commentationis nostrae particula ad historiam Comitatus Castris magis pertineat, neque tamen eam iniucundam fore nostratis ob vicinitatem, neque ab instituto nostro Henrici Bipontini res gestas enarrandi alienam existimavimus; praesertim cum Calmetus suas de illo narrationes magnopere contaminaverit.

## §. 7.

Vix finem fecerat belli cum Duce Lotharingiae Henricus noster, quum novi sese participem & adiutorem fecit. Fuit enim is a. cloccLXXVIII inter belli socios Iohannis Comitis Sponhemici Crucenacensis adversus Wernherum Archiepiscopum Moguntinum ob castrum Beckelnheim a fratre Henrico Sponhemio ei cum iniuria sua venditum ar-

---

(gg) Postea haud amplius nobis occurrit. Videtur autem eius filia fuisse Margaretha de Forbach, quae Joanni, Domino Asperimontis, filio Goberti V, nupsit dominiamque Forbacense attulit. Cf. Calmet hist. Loth. T. III, edit. nov. Disserrt. Genealogie de la maison d'Apremont p. xxx & xxxi.

(bb) Calmet hist. Loth. T. II, edit. nov. Disserrt. I. c. p. xxvii: *Le Comte de Castris revint ensuite a l'Evéque de Metz en 1284. Henri Comte de Salm vendit ce Comté a Boucbard d'Avesnes Evéque de Metz pour la somme de vingt mille livres Messins &c. Benoit supplement p. 173 Archives de Metz & Cartulaire de Bay fol. 8, 20 & 11 en 1291 au mois de Novembre.*

arma sumentis, interfuitque adeo praelio acerrimo apud Sprendelingen infra Crucenacum, cuius infelior exitus Comitem Iohannem eo tandem adegit, ut interveniente Rudolfo Rege a. cl<sup>o</sup>cclxxii pacem amicitiamque cum Archiepiscopo faceret (ii). In eundem annum cl<sup>o</sup>cclxxviii cadit nescio quae alia res gesta, quam *Annales Colmarienses* videntur ad h. a. subindicare: *Dominus de Geminoponte castellum proprium nomine Copinheim / per ignem devastavit.* Quum vero castellum hoc prope Durlacum in Ebersteinensi dominio situm fuerit, spectare illam ad historiam Ebersteinensis Simonis rectius existimare mihi video, locum illum infra Se<sup>t</sup> II rursus adducturus.

## §. 8.

Anno cl<sup>o</sup>cclxxx Henricus noster graviori morbo confitatus paene eius vi consumptus fuit, longiori tamen aevi dignus evasit, atque liberalitate erga monasterium Wernevillianum ultima novum pietatis gratique erga Deum anni pro istorum temporum more dedit documentum (kk). Superstes adeo factus est filio suo natu maximo Simoni Comiti de Geminoponte & Domino de Eberstein, ante annum cl<sup>o</sup>cclxxxi mortuo; atque cum is filios reliquisset Henricum & Ottonem minorennes, quos Hermannus VI Marchio

O 2

chic

(ii) Trithem, in Chron. Sponh. ad a. 1282 p. 291 & Hirsaug. P. II. p. 44.; cf. clariss. Kremeri diplomatiche Beiträge i Band Geschichte der Graven von Sponheim, 2 Stück, §. Ll, p. 154-162 ibique notata.

(kk) Vide Dec. llll, dipl. VI.

chio Badenfis bello petebat, Henricus noster senex nepotum suorum causam agendam curavit per Walramum filium, qui anno dicto d. xxv Maii pace cum Marcgravio composita bellum illud terminavit (*ll*), de quo *Sect. II* rursum dicetur.

## §. 9.

Obiit tandem senio confessus & terrestrem gloriam cum caelesti commutavit Henricus II Comes Geminipontis, exente anno cccclxxxiii sive ineunte sequenti, quod colligitur ex litteris Agnetis viduae eius filiorumque Eberhardi & Walrami, quibus defuncti donationem xxxx solidorum defalina in Lynden quotannis percipiendorum ante biennium & quod excedit factam testantur confirmantque. Datae vero sunt illae Dominica infra octavas Epiphaniae h. e. d. x Jan. a. cccclxxxii. Vixisse certe illum mense Maio anni cccclxxxii, demonstrat charta emtionis & venditionis castri Stauff tum scripta (*mm*).

## §. 10.

Quamvis autem haec rerum bello ab Henrico per ultimos duodecim annos gestarum historia satis sit perpetua atque locuples; haud minor tamen est gestorum numerus, ex quibus cognoscimus, eum etiam in pace prudenter ac bene se adhibuisse. Loquuntur id fere triginta documenta,

quo-

(*ll*) Cf. viri amplissimi Preyschenii Geschichte und Geschlechs Reihe der Reichsgraven zu Eberstein in Schwaben, II Fortsetzung. §. xxiiii in vol. I Carlsruher nützliche Sammlungen 1759 p. 378.

(*mm*) Haec quidem est Dec. III septima, illa vero octava.

quorum iam Dec. I & II quaedam dedimus, iam vero Dec.  
III & IIII uberiorem effundimus copiam. Quae cum ob re-  
rum varietatem temporumque intervalla contexi nequeant,  
illa observationibus suo quodvis loco illustrare consultius  
visum est, quam ea, quae ibidem dicta sunt, repetendo  
fastidium creare. Non possumus tamen, quin ex iis de va-  
fallis Comitis nostri quaedam brevissimis observemus. Atque  
primi ordinis eorum merito sunt illi, quos Comitum Dy-  
nastarumque titulis opibusque insignes fuisse novimus, Emi-  
cho Comes de Lingen, Hugo Dominus de Vinstingen,  
Waltherus Dominus de Brucke. Hos excipiunt ex mili-  
tari genere Philippus de Montfort, caeterique, castrenses,  
ministeriales, plurimi, quibus maiorem numerum ex char-  
tis ineditis addere potuissimus, nisi iam appareret, Comi-  
tem nostrum rem bellicam tam strenue haud administrare  
valuisse, nisi valallorum hominumque militarium auxiliis  
& agmine fortiori comitatum. Plures etiam suppeditabat  
Sectio III & IIII.

## §. 11.

Aperiunt vero etiam diplomata nostra notitiam castro-  
rum, dominiorum villarumque, quae vel ditioni Comitis  
nostris fuere subiecta, aut quadam ratione illius imperio fu-  
ere affinia. Praeter Comitatum enim Geminipontis patri-  
moniale, quem Geminuspons, Hornbacum & Tabernae  
montanae, castra eorumque attinentia dominia, villae, va-  
falli, castrenses, homines iuraque constituebant, posside-  
bat Henricus castrum dominiumque Morsberg, Marimon,

O 3

im

in Lotharingia cum villis ei subiectis, castrum dominiumque Stauff ad montem dictum Donnersberg, castrum Dirmingen cum villa Ruprechtswilre, castrum Landeck ex parte, castrum Lemberg cum villa Pirmasens. caeterisque, castrum Lievemberg haud procul a S. Wendelini oppido. Omnia vero ista castra postulabant suum quodvis numerum castrorum, qui proinde haud exiguis esse debuit. Celebrantur praeterea in chartis nostris Walshemium, curia Urbach cum villa Urbach, villae Hugen & Rode ad Navam ceteraque.

## §. 12.

Recensendi tandem sunt documentorum nostrorum du<sup>o</sup> liberi Henrico II ex Agneta Ebersteinensi nati. Sunt ii pri-  
mum filii Simon, Eberhardus, Walramus, Henricus, tum  
filiae Elisabetha, Katerina, & alia, cuius nomen adhuc nos  
latet. Quod quidem ad has attinet, Elisabetham Gerlaco,  
ultimo Comitum Veldentinorum primae stirpis, nupsisse  
a. cloccclvii eique filiam peperisse heredem Agnetem, cu-  
ius post praematurum utriusque parentis obitum, tutelam  
gessit Henricus noster avus, supra cap. II pluribus demon-  
stravimus. Katerina in matrimonium collocata fuit Hugoni,  
libero Domino de Vinstingen, teste charta a. cloccclxxv  
scripta, quae Dec. IIII est quinta. Tertiam tandem duxisse  
nobilem de Hohenfels, Dominum in Reipolzkirchen, au-  
guramus ex diplomate Dec. IIII ultime a. cloccclxxxxvii con-  
scripto, quo Henricus de Hohenfels, Dominus in Reipolz-  
kirchen, Walramum Comitem Geminipontis, qui filiorum  
Hen-

Henrici nostri est tertius, appellat suum avunculum. Filiorum vero natu ministrus Henricus fuit Canonicus maioris ecclesiae Spirensis, & praepositus S. Germani ibidem, quod dipl. VI Dec. III ostendit. Fundem vero etiam pastorem ecclesiae Ninivillanae fuisse, discere licet ex penultimo Dec. IIII diplomate. Caeteri tres filii peculiarium familiarum auctores extiterunt. Simoni, Comiti de Geminoponte & Domino Ebersteinensi eiusque progeniei, dicabimus totam Sectionem II proxime sequentem. De Eberhardo I, Comitem de Geminoponte ac Dominorum in Bisnis satore, & Walramo I Comitem in Geminoponte parente, postea coniunctim primum, dein sigillatim agendum erit. Quando Agnes Henrici II uxor ad caelestes sedes migraverit, non habeo, quod dicam. Veniat iam sub unum adspectum Henrici nostri familia:

**HENRICUS I.**, Saraepontanus,  
Comes Geminipontis primus 1191--1222 sq.  
Ux. *Hedewigis* 1198.

<i>Henricus II.</i> , bellicosus, 1237-1282. † 1282.	<i>Agnes.</i>
Ux. <i>Agnes</i> , filia & heres Eberhardi iun. Domini s. Comitis de Eberstein ex Adelheide Saigenisi, 1249-1283.	Mar. <i>Ludovicus III.</i> , Comes de Sarweden.

<i>Simon</i> , Comes Geminipontis, Co-	<i>Eberhardus I.</i> , Comes Ge-	<i>Walramus</i> , in Gemi-	<i>Henri-</i> , eccl. 1257.	<i>Elisa-</i> , occ. 1257.	<i>Kate-</i> , Mar. 1275.	<i>N. N.</i>
<i>nipontis</i> , Dominus minipon-	<i>nipontis</i> , Dominus minipon-	<i>noponte</i> , maioris Worm.	<i>noponte</i> , maioris Worm.	<i>betba</i> , Mar.	<i>rina</i> , de Ho-	
<i>in Eber-</i> , tis & ab a. 1274-1304	<i>in Eber-</i> , tis & ab a. 1274-1304	<i>a quo def-</i> a quo def-	<i>Gerla-</i> , Mar.	<i>occ</i> .	<i>hens</i> , fels,	
<i>Stein</i> 1259-1297 Do-	<i>Stein</i> 1259-1297 Do-	<i>praepo-</i> a quo def-	<i>Hugo</i> , Co-	<i>de</i>	<i>Hugo</i> , Domi-	
1280. Pa-	1280. Pa-	<i>cendunt</i> a quo def-	<i>Domi-</i> nus de			
<i>rens Co-</i>	<i>minus</i> in	<i>situs S.</i> Comites Germa-	<i>nus</i> de			
<i>mitum Bi-</i>	<i>Bitis</i> 1274-	<i>ni Spir.</i> Vel-	<i>Rei-</i>			
<i>pontino-</i>	<i>1311 Sator</i> in ipso Ge-	<i>&amp; Past.</i> denti-	<i>Vin-</i>			
<i>rum trans-</i>	<i>familiae minopon-</i> Comitum te sedem eccl. Ni-	<i>nibus</i> . †	<i>poltz-</i>			
<i>rhenensi-</i>	<i>de Gemi-</i> habentes, nivillan.	<i>nivillan.</i> 1260.	<i>Stin-</i>			
<i>um in E-</i>	<i>noponte</i> qui florue-	<i>1280-</i>	<i>kir-</i>			
<i>berstein de</i>	<i>in Bitis</i> , runt usque 1296 sq.	<i>1296 sq.</i>	<i>gen.</i>			
quibus	quae usque ad a. 1393.					

Sect. II. ad a. 1570

propagata  
interuit.

Dec. III,

## Decas III.

Diplomatū historiam HENRICI II, bellicosi, Comitis  
Geminipontis, illustrantium.

## I

Litterae Waltheri, Domini de Brugken, quibus monasterio Wernerivillano decimam in Leudingen, quam ab Henrico Bipontino & Friderico Liningensi, Comitibus, tanquam feudum habuerat, donec dat, m. Nov. 1240.

*Ex Registr. Wernerivill.*

*In nomine sancte Trinitatis. Ego Waltherus Dominus de Brugke (a) omnibus has literas insipientibus subscripte veritati fidem adhibere. Quam sit necessaria literarum auctoritas, etiam sensus rudes intelligunt, dum rerum gestarum veritatem ab oblivionibus calumpniis hominum per eas tutari muniri cognoscunt. Inde est, quod presenti page inseri fecimus, quod ecclesie beate Marie in Werneswilre nobis specialiter dilecte nos consensu favore confortis nostre Mechtildis utrumque filiorum nostrorum, Johannis videlicet, Friderici, Jacobi & Theodorici militum decimam nostram de Leudingen (b) pro remedio animarum nostrarum nec non antecessorum successorum nostrorum per manus Dominorum nostrorum vide-*

P

li-

(a) Ex ordine Dominorum seu nobilium fuisse Waltherum, iam supra observavimus.

(b) Leudingen villa inter Saram & Niedam fluvios, haud procul a Walderfangen sita.

licet Henrici Comitis Geminipontis & Friderici Comitis de Linengis (c), a quibus de eadem decima infeodati fuimus, libere & quiete contulimus perpetuo possidendum. Ut autem hec donatio perpetuum vigorem obtineat, nec ab aliquo in posterum retractari valeat, presentem paginam rei geste seriem continentem inde conscribi & sigillis nostri (f) & predictorum Dominorum nostrorum Comitum, quorum assensu & voluntate acta sunt hec, fecimus communiri. Acta sunt hec anno MCCXL mense Novembri.

II

- (c) Fridericus Lingenensis, si consulas perill. Auctorem scripti eristici, quod ad defendendam Comitum Westerburgicorm causam in celebratissima controversia Lingenensi accommodatum prodiit, hoc titulo: *Schleslische Einreden &c. Tab. I,* fuit eius nominis II, qui a. 1237 cum fratre Emichone bona ante communii iure possessa divisit; vid not. (a) ad dipl. IIII huius Decadis.
- (d) Exemplum hic habes decimarum dominicalium, earumque in beneficium concessarum; cf. *Buri Erläuterung des Lehnrechts* p. 569-577.
- (e) Praeter hanc decimam Waltherus eidem monasterio anno sequenti concessit molendinum in Bolchen [ad Blesam] una cum banno & vinea ibidem sita in monte Mengersberg, ac quinquaginta libras denariorum Metenitum ad vineae huius culturam impendendas, ea lege, ut monachi Wernerivillani anniversarium beneficiorum celebrarent, eaque neglecta, bona ipsis elonata ad ecclesiam Metensem transirent, quam patris liberalitatem confirmavit a. 1258 Johannes de Brugken, filiorum natu maximus.
- (f) Usus sigilli, quo Waltherus hanc chartam confirmat, novum est nobilitatis documentum. Neque enim militaris generis homines hoc aevo sigillis utebantur propriis, sed chartas suas a Dominis suis muniendas curabant, vide infra ad n. VIII, not. (d).

## II

Henrici, Comitis Bipontini, confirmatio donationis allodii cuiusdam in Walsheim factae monasterio Werneriviliano a vasallo quodam suo & evictionis de eo praestan-  
dae 1245.

*Ex Registr. Wernerivill.*

Ego (a) Henricus Comes de Geminoponte tenore presen-  
cium notum facio universis quod allodium illud, quod Dominus  
*Bertramus miles de Spanieb,* fidelis meus (b), habet in Wa-  
les.

P 2

(a) Comes noster magis opibus potentiaque florens, quam ti-  
tulos arrogantiae plenos affectans non solum non se Dei gratia  
scripsit Comitem, quod ab aliis Principibus ac Comitibus  
factum merito indignatus est. *Dadinus Alteserra de Ducibus*  
& Com. Provinc. L. III, c. V, p. 222, sed & singulari usus  
numero de se loquitur. Neque vero hoc alienum fuit a Prin-  
cipum id temporis nobilitate illustriori atque auctoritate, quod  
exempla Ducum Burgundiae, Lotharingiae, Archiepiscopo-  
rum Trevirensium, Comitum Flandrienium, Hannoienium  
caeterorumque plura demonstrant, cf. Jll. *Woblfarti deduc-  
tionem pro Comitibus & Dominis de Hanau adversus nobilita-  
tem inferiorem a. 1734 editam p. 108.* In sequentibus vero  
diplomatibus usurpavit maxime pluralem numerum.

(b) Hoc est, vasallus, isque militari genere. Vocabulo autem Do-  
mini insigniri etiam coepisse milites, ex quo militari ordini  
inesse credebatur dignitas, demonstratum dedit ill. *Estor in  
tract. de ministerial. p. 230.* Quemadmodum sane saepius  
nobiles seu Dynastae militum & armigerorum titulos, tan-  
quam militaris honoris ac tirocinii insignia, usurparunt, sic e-  
 contrario illis, qui militari etiam genere orti erant, atque adeo

non

lesheim (c) quodque a Domino Johanne, libero milite de Gemino  
 ponte (d) qui illud titulo pignoris possedit, redemisse dinoſcitur,  
 pro salute sua & successorum suorum, conſensu uxoris sue &  
 puerorum suorum, ecclesie de Werneswilre liberaliter coram me  
 & aliis honestis, tam militibus, quam servis, contulit. Warandiam (e)  
 vero dictae ecclesie per omnia de dicto allodio preſtare  
 promiſit. Super quo Geruinum militem de Gemino ponte fidei-  
 iuſſorem conſtituit. Si vero dictae ecclesie aliquid deperire vide-  
 retur per aliquem heredum suorum, Ecclesia ſe tenere deberet  
 ad bona, que Geruinus, qui fideiuiſſor eſt, in Keczelbach (f)  
 habere dinoſcitur, & hoc bona voluntate coram me promiſit.  
 Ut autem hoc ratum habeatur, ad preces tam Ecclesie, quam  
 ſepediōrum militum preſentem ſchedulam in testimonium ſigilli  
 mei minuimine feci roborari. Actum anno Domini MCCXLV.

III

---

non comparandi cum nobilibus seu Dynastis, tribui ſeculo  
 maxime XII coepit appellatio Domini honorifica, quum antea  
 minoris momenti vocabulo vocati fuerint Domni, vide ſupra  
 Dec. I, dipl. I, cf. Mülleri Reichſtags Theatrum Frid. V,  
 Tom. I, p. 81.

- (c) Villa tribus fere leucis abhinc remota, cuius iam inde a ſeculo  
 VIII in chartis vetuſis mentio fit, cf. Origg. P. I, cap. I, p.  
 19, cap. II, § VI, p. 55 & c. III, § III, p. 133.
- (d) Liber miles dici mihi videtur, qui neque ministerio, neque  
 caſtreſi officio erat obſtrictus, atque bonis nonniſi propriis  
 fruebatur, quamvis caetera imperio Comitis ſubiectus eſſet,  
 ut omnes liberi homines inferioris conditionis, quales erant  
 ingenui aut milites.
- (e) Hoc eſt, eviſionem, quod in vulgus notum eſt.
- (f) Qui eſt pars agri ad urbem Bipontum ſpectantis verius  
 orientem ſita & hodienum hac appellatione inſignis.

## III

Eiusdem compositio controversiae inter monasterio Wernevillanum & vasallum Comitis super duobus hominibus propriis agitatae facta in Morsperg, m. Maio 1250.

*Ex Registr. Coenobii.*

Henricus Comes Gemini pontis omnibus presentem paginam inspecturis credere quod testatur. Sciant universi, quod cum questio verteretur inter Abbatem & cōventum Werneviller ex una parte & Conone militem de Ailtorff (a) ex altera super duobus hominibus Metza videlicet & fratre eius de Malringa (b), Abbate dicente dictos homines ecclesie sue a matre domini Gerhardi militis de Gemini ponte in elemosynam esse collatos, predicto vero Conone econtra dicente, predictos homines ad sue fortis (c) ius pertinere (d). Tandem de consilio bonorum (e) sepedictus Cono omni actioni & iuri quod dicebat se habere in dictis hominibus coram nobis sponte renunciavit, voluntarie ce-

P 3

dens

- (a) Suspicor, sub hoc nomine latere Burg Altorf, proxime a castro Morsperg, ubi haec acta sunt, remotum, quod in tabula Lotharingiae geographica primo historiae Lothar. Calmetiana Tomo praemissa exprimitur Bourg Altroff.
- (b) Malringam eandem esse puto cum villula prope Morspergam, quae in laudata tabula exprimitur Morlingen. Facile enim litterae transponi potierunt.
- (c) Hoc est, allodii, seu partis, quae ipsi ex hereditate obvenit.
- (d) Videas hic Comitem, apud quem tanquam iudicem Abbas & miles caussam dixerunt suam.
- (e) Hoc est, eorum, qui Comiti & Scabinis s. iudicibus in iudicio assidebant, atque ex ingenuorum ordine advocari solebant.

dens dictis Abbatii & Conventui in dicta elemosine collacionem.  
In cuius rei testimonium presentem paginam sepedictis Abbatii &  
Conventui sigilli nostri munimine tradidimus roboratam. Acta  
sunt hec in Morsberg (f) anno Domini M<sup>o</sup> ducentesimo  
quinquagesimo, mense Maio.

## III

Eiusdem literae consensu datae Emichoni, Comiti Liningensi,  
de dotanda ipsius uxore in castro Landeck d. 9 Febr. 1254.

*Ex Orig.*

Nos Henricus Comes de Zwenbrucken. Ad noticiam  
omnium volumus pervenire, quod dilectus noster consanguineus  
E. Comes de Liningen (a) de nostra permissione & consensu  
de-

---

(f) Morsberg, hodie Mesprick, seu gallice, Haut Marimont, haud  
procul a lacu Lindre prope Lindre & Dieuze; cf. quae supra  
ad Dec. I, dipl. V, p. 27 sq. notavimus, & infra ad dipl. VII  
huius Decadas pluribus dicemus.

(a) Et is Emicho Comes de Liningen, quem per illi Senckenber-  
gius in Tab. I genearchica deductioni Schlesische Einreden ic.  
adiuncta, huius nominis III facit, & cui in divisione bonorum  
cum fratre natu maiore Friderico II facta a. 1237 assignata  
fuere castrum Franckenstein cum redditibus curiarum Busin-  
heim, Milbisheim, Abenheim, Vluersheim, Guntersblumen pre-  
ter allodium ibidem & bona hereditaria & Advocacia Westabin  
Bibilnheim & Hetrinsheim Item Binegarde Ebernbuc & Vil-  
de insuper castrum Lantbecben cum omnibus attinentibus preter  
allodia & bona hereditaria, preterea bona in Mülauersheim de-  
bent esse in communi perceptione Nemora & pascua & piscarie  
apud

*apud Franckenstein debent esse communes.* Appellat vero Henricus noster Emichonem de Liningen eam credo ob causam consanguineum suum; quod Emichonis mater, Ebersteinensis Comitissa, amita fuerit Agnetis Ebersteinensis, quam Henricus de Geminoponte habuit uxorem. Sic vero consanguinei vocabulum latiori sensu sumptum denotaret adfinem. En adfinitatem inter Henricum Bipontinum & Emichonem Liningensem sub uno aspectu positam!

**EBERHARDUS**, senior,  
Dominus de Eberstein, occ. 1207.  
Ux. *Cunigunda*.

<i>Eberhardus</i> , iunior, occ. 1207, † 1263.	<i>Otto</i> , senior, 1207, † 1279, cen-	<i>Conradus</i> , Can. Spir. & Argent.	<i>Berboldus</i> , 1207, praepo-	<i>Albertus</i> , 1207, nupta	<i>N. N.</i> Comiti de Lei-
Ux. <i>Adelbeidis</i> , heres Sainensis & Godfridi Comitis Sponhemii vidua.	maior, senario, fa-	occ. 1224, Episc. Spir. 1237	praefit A- quilegi-	1207, situs A- ensis	ti de nin-
	tior famil.	& eodem	1237.	1237.	gen.
	Comitum	anno divi-			
<i>Eberhardus</i> , heres de Sain, dictus <i>Henrico</i> de Eber- Stein, † ante pa- ponti- no.	<i>Agnes</i> , heres nupta in Suevia.	<i>berstei- nensium</i> facit inter consanguineos suos	<i>Fridericus II</i> , dividit cum fratre	<i>EmichoDo- min. castris Landeck &amp; bona</i> , in	<i>EmichoDo- min. castris Landeck &amp; bona</i> , in
		cum & <i>Emicho-</i>	<i>Friderici</i> & quorum fu-	consanguineus Hen- erunt com- rici Bipon-	consanguineus Hen- erunt com- rici Bipon-
		nem de Li-	1237.	muni per- tini.	muni per- tini.
		ningen.		ceptione	

Litterae divisionis inter fratres dictos opera Conradi Episcopi Spirensis, quem non 1238, sed anno iam praecedenti electum fuisse praesulem statuas oportet adversus Chronographos Spirenses.

*dedit uxori sue Domine Elise (b) partem quam habet in castro  
Landeck (c) & bona sibi attinencia nomine dotis pro secentis  
ma-*

renses, factae a. 1237 in craftino Lucae Evangelistae, in quibus castri Landeck prima sit mentio, ex autographo quidem descriptas dedit vir per ill. de Senckenberg in scripto publico: Ohnumstdsliche rechtliche Auszüge derer Herrn Grafen von Leiningen Westerburg v. Beylegen Num. I, p. 2, sed quod ex collatione locorum a nobis enumeratorum, quae Emichoni obvenere, patet, parum curate. Omissa enim sunt in editione Senkenbergiana *Eberburg & Wilde*, quae post Binegarde in apographo quodam veteri leguntur. Eberburg, a quo haud procul absunt villae OberBingart, NiederBingart & Pfeil, seculo sequenti Comitatus Sponhemici anterioris castrum fuit, postquam Emichonis filia Johanni I f. Claudio Comiti Sponhemico in matrimonium collocata mortuo patre & fratre partem hereditatis sibi debitae occupaverat.

(b) Elisabetha nescio qua ex gente oriunda, nupslerat iam a. 1252 Emichoni, quo certe anno ipsius vocatur uxor. Nuntius igitur remittendus est Clarae, Dominae de Vinstingen, quam Comiti huic adiunxit confusis temporum rationibus *Senckenbergius* in tabb. geneach. fam. Leining. Peperit vero Elisabetha Emichoni filium Emichonem filiasque Adelheidem & Agnetem, post patris fratrisque obitum heredes, quarum illa Johanni I f. claudio, Comiti Sponhemico Crucenacensi a. 1265 despousata nupsit, haec vero Ottoni Comiti Nassovio in Dillenburg collocata fuit.

(c) Videtur igitur Emicho haud totum castrum tum tenuisse. Quum vero ipsum tanquam feudum a Rege & Imperio habuit, coniici posset, Henricum Bipontinum partem illius alteram pariter tanquam feudum Imperii possedisse, adeoque condominium Emichonis fuisse. Sed audiamus ipsum Emicho.

marcis argenti (d). Huius rei testimonium presentibus perbibemus.

Q

Da-

chonem in literis a. 1254 id. Apr. datis ita loquentem: *Noverint universi — quod nos Emicho Comes de Liningen cum castro Landecke omnibusque suis attinenciis de Domini nostri W. Regis Romanorum illustris ac aliorum Dominorum, a quibus in feudo tenemus, beneplacito & consensu nostram confortem Elizabetb dotavimus & dotamus —*. Dederat autem consensum suum Wilhelmus Rex biennio ante, cum Francofurti ageret, d. III Non. Octobr. Quodsi Henrici nostri chartulam ex adductis Emichonis verbis interpreteris, fuisse illam dicas oportet dominum directum partis castris Landecken. Quod tamen cum obscurum videri queat, & suspensas veri videndi habemus rationes, exspectamus meliorem lucem. Seculo certe Xlll Comites Bipontini castrum saepedictum possederunt, testantibus Henrici Comitis Bipontini ac Domini de Bitis literis a. 1382 scriptis, quibus in favorem fratrum suorum natu maiorum, Hannemann, Simonis II Weckeri & Friderici renuntiat omni hereditati, nominatim dominio Bitensi, castris Lemberg, Lindebollen & Landeck cum omnibus attinentibus. Atque ex his fratribus iam a. 1378 Hannemannus, Henrici II nostri pronepos, partem, quam habebat in castro Landeck, Ruperto II Comiti Palatino oppigneravit, vid. *Acta Compr. Francofurt.* Contin. 1700 in designatione feudorum pignoratiorum p. 162. Illustris Schoepfius parum diligenter quae-dam animadvertisit de castro hoc in Alsat. ill. T. II, p. 184.

- (d) Dos germanica erat dotalitium, germ. *Widem*, *Wittum*, quod si in feudis constituebatur, necessarius erat consensus tum Domini directi tum eorum, qui in communione sedebant vel una infeodati erant; prouti hoc demonstratum dedit ill. Koppius Probe des teutschen Lehenrechts sc. P. I, Verwidemung derer Lehen Güther ohne Lehenherrl. und Agnaten Consens § 10, p. 231 sq. cf. & Senckenbergium Meditt. fasc. III, Med. I, de dotalitio consensuque Agnatorum § VII, p. 444 sq.

Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>L quarto Vto Idus Februari. (e).

## V

Eiusdem testimonium de collatione cuiusdam allodii in Walsheim facta monasterio Wernerivillano ab heredibus Godeberti militis de Geminoponte, m. April 1255.

*Ex Registr. Wernerivill.*

Nos Henricus Comes Geminipontis hanc literam inspec-  
turis notum facimus universis, presentibus & futuris, Quod illo  
in tempore, quo Domina Gepa Gozeloni militi in coniugem tra-  
debat, Dominus Godebertus de Geminoponte, pater eius, de  
consensu liberorum suorum, Godeberti videlicet & Ernestonis  
nec non & Beatricis de Lachen ei decem libras Metensium lega-  
lium super allodium suo in Walesheim, specialiter prae aliis ordi-  
navit & assignavit. Processu vero temporis Abbas de Wernes-  
wilre Fridericus cum rogaretur a dicta G. & Gerardo marito  
eius secundo, pro decem libris Meten legalium redemit allodium  
antefatum, quod obligatum in Warangia (a) tenebatur. In-  
super

(e) Appenfum est sigillum Comitis nostri, cuius antica Leonem  
refert Bipontinum cum inscriptione solita, postica vero rosam  
Ebersteinensem conspiciendam praebet cum inscriptione minus  
legenda ; cf. supra Dec. II, n. llll, p. 65 & V, p. 68.

(a) Vociis huius explicationem quaerenti in Glossariis nulla sese  
obtulit. Ego quidem illam interpretandam esse duco per  
ius illud, quod germanice dicebatur Verfangenschaft, Verfan-  
genrecht, vi cuius, uxore post obitum primi mariti ad secundas  
nuptias transeunte, omnia bona mobilia & immobilia ex pri-  
mo matrimonio natis affecta manebant ; cf. Besoldi thes. pract.  
ad.

super dicta G. cu:n sorore suisque fratribus antedictis, cum liberorum suorum assensu, quidquid iuris habebat in allodio sepe-dicto, singuli partes suas monasterio de Werneswilre perpetuas in Elemosynas contulerunt. Si autem in posterum quicunque herendum (b) venerit contra id quod factum est, partem suam, que eum attingit, a dicti monasterii Abbate, tribus libris ⠃ VI solidis (c) redimat. Preterea ut in pace perpetua ⠃ quiete facta donacione dictum monasterium frueretur ⠃ congauderet, dictus Gerardus de Lewenbergh omnem iniuriam in eo dicto Abbati depositurum de cetero se promisit. In cuius rei testimonium hanc kartam conscribi fecimus ⠃ sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec anno Domini M°CC°L° quinto Mensie Aprili.

## VI

Henrici Comitis Bipontini eiusque uxoris Agnetis privilegium monasterio Hornbacensi datum ratione molendini in Gemünde, seu villa castro Hornbach adiacente 1258.

*Ex Chartulario Hornbacensi.*

Universis presentes literas inspecturis Henricus Comes ⠃ Agnes uxor eius Comitissa Geminipontis veritatis subscripte fidem

Q 2 ad-

---

adauctum per Dietbernum T. I, p. 956 & T. II, p. 599. Gepae enim liberis ex priori coniuge Gozelone affectae erant decem librae Metenium in allodio, quod a Godeberto ad liberos ipsius pervenit.

(b) Duo nimirum fratres Gepae & soror Beatrix.

(c) Quod redēptionis pretium triplicatum explet fere summam decem librarum,

adhibere. Ea que iure vel concordia terminantur, solent a nonnullis scripture testimonio commendari, ne ab altera parciunt per vias discordie gradiente in questionis recidive scrupulum delabuntur. Sane orta inter nos ex una parte  $\mathfrak{G}$  inter religiosos viros Abbatem scilicet  $\mathfrak{G}$  conventum Hornbacensem ex altera super quodam molendino quod edificare proponebamus in inferiori parte ville, que Gemunde dicitur super ripa, que Drualba vulgariter nuncupatur (a), materia questionis, tandem mediantibus bonis viris sic inter nos  $\mathfrak{G}$  ipsos scilicet Abbatem  $\mathfrak{G}$  conventum dicta discordia est sedata, quod nos pro dicto molendino sepeditis Abbatii  $\mathfrak{G}$  Conventui qui pro tempore fuerint, maldrum frumenti sive nuclei spelce in die beati Pirminii in perpetuum solvere tenemur nos  $\mathfrak{G}$  successores nostri tenebuntur annuatim, salvo nibilominus iure ipsorum Abbatum  $\mathfrak{G}$  Conventus tam in banno quam in piscatura, quam in fundo littoris utriusque, cum nos nichil iuris in predictis habere confitemur, promittentes tam pro nobis quam pro successoribus fide prestita corporali, quod in banno dictorum Abbatum  $\mathfrak{G}$  Conventus deinceps non attemptabimus construendo aliqua edifica sive etiam molendina in sepeditorum Abbatis  $\mathfrak{G}$  Conventus preiudicium  $\mathfrak{G}$  gravamen, addicentes etiam in promissis, quod homines illos, qui ad predictorum Abbatis  $\mathfrak{G}$  Conventus molendinum, quod situm est iuxta Leichelvinga (b) de

- (a) Villa s. hodie oppidum castro Hornbach, in quo monasterium erat, adiacens dicebatur Gemunde a confluentia Drualbae s. Felsalbae & Sualbae, amnium, qui ibidem confusum nomen Hornbach sortiuntur; cf. Origg. P.I, cap. I, p. 16, 17 & 25 sq.  
 (b) Leichelbingen ad Felsalbam fluvium hodie villula s. curtis est. Molendinum vero coenobii hodie in ipsa inferiori parte villae Gemunde s. oppidi Hornbach ad Sualbam aedificatum exstat.

de iure debent molere seu de antiqua consuetudine consueverunt,  
ad nostrum molendinum molere nunquam artabimus terroribus  
sive minis neque ipsos alliciemus pecunia vel promissis. Ut au-  
tem hec firma permaneant  $\mathfrak{G}$  illibata, sigilla nostra una cum  
sigillo religiosi viri Abbatis de Werneswilre presentibus sunt ap-  
pensa in testimonium veritatis. Aetum anno MCCLVIII.

## VII

Henrici, Comitis Geminipontis, literae, quibus Conradi  
Comitis Silvestris ius in castro Morsperg recognoscit,  
m. Jun. 1259.

*Ex Orig. tabularii Rbingravici.*

Nos Henricus Comes Geminipontis notum facimus uni-  
versis presentes literas inspecturis, quod nos Domino C. Comiti  
Silvestri (a)  $\mathfrak{G}$  suis liberis bene recognoscimus omne ius quod ad  
ipsos in castro Morsperch (b) dinoscitur pertinere, dum ipsi de

Q 3

sump-

- (a) Conradus mihi III, Gerhardi filius, atque Emichonis ac God-  
fridi pater, vide supra cap. II, p. 26. Habuit is uxorem Gi-  
selam, a. 1245 defunctam, quod ex quadam eius charta didici.  
(b) Castrum Morsperch s. ex recentiori corrupta pronuntiatione  
Mesprich, dominio Comitum Geminipontis subiectum, iam  
aliquoties in chartis nostris obvium fuit cum villis ad illud  
spectantibus Dumenheim, Ensmyngen, supra cap. I, Dec. I,  
n. V & VI, p. 27-30 ibique notata, n. X, p. 34, Miltzebe,  
n. VII, l. c. p. 78, Altorf, Malringen Dec. III, n. III, quibus  
ex Dec. III, dipl. VIII & X accedit Lindre, pagus salina in-  
signis. Occurrunt praeterea in chartis Wernerivillanis loca  
in vicinia castris sita, Lare, Beffingen, caet. Unde colligere  
licet

*sumptibus quos ad edificium dicti Castri ♂ ad structuram possumus (c) nobis restituant partem suam, que ipsos continent*

---

licet, castrum Moersperg, in quo dominati sunt Comites Bipontini, haud aliud esse, quam illud, quod inter Vinstringam & Habondange s. Alberstorff & Vergaville positum est. Fuit autem illud feudum Lotharingicum, quod clare docet charta quae-dam ad a. 1297 communicanda, qua Agnes Barrensis, Comitissa Geminipontis, uxor Eberhardi I, Comitis Bipontini, qui secundus Henrici nostri filius fuit, renunciat dotalitio, quod ipsi in castro de Moersperg & suis appendiciis a marito constitutum erat de consensu illustrissimi nostri Friderici Ducis Lotharingiae & Marchionis, cuius feudum sunt ipsa bona. Dicto nimirum anno Eberhardus iste Comes cum Lotharingiae Duce pactum permutationis init, vi cuius huic castrum Moersperg, cum villis Lindre & Guemind [Guermange] appendiciisque omnibus tradidit, & vicissim ab eo recepit castrum Bitis, in quo dein sedem suam collocavit, unde ipsius posteri titulum Dominorum de Bitis invenere. Sed de his suo loco dicetur. Iste vero vasallagii nexus absque dubio causa fuit, quare Henricus noster Theobaldo, Friderici II Ducis Lotharingiae filio natu maximo, eiusque heredibus masculis ius in Ducatu succedendi, literis suis, aequa ut alii vasalli illustres, tutius reddere, atque se illum tanquam dominum directum & Ducem Lotharingiae agniturum esse, confirmare deberet; vid. pactum sponsaliorum inter Theobaldum & Isabellam de Rumigny circa a. 1281 celebratum in Calmeti hist. Loth. T. II, edit. vet. Prob. p. DXIII sq.

(c) Redintegravit igitur Henricus noster castrum hoc, quod seculo iam superiori & aetate etiam id superante, caput fuerat Comitatis cognominis. Documentum eius rei invenimus unicum in charta Mainhardi Comitis de Moersperg a. 1125 Mo-

gun-

git (d), prout amicabilis composicio vel iusticia duxerit ordinan-  
dum.

guntiae scripta, cuius versio antiqua legitur in *Calmeti* hist. Loth. edit. II, T. V, p. CLI, qua is Abbatiae S. Dionysii Cellam seu Prioratum Salonae sec. VIII a Fulrado S. Dionysii Abbate fundatam cum villis eo spectantibus restituit. Ut Cella est in vicinia castri Moersperg, ita & Ensming cum curte Aumelingen haud longe ab eo absunt; adeo ut non dubitemus, quin hoc nostrum idem sit cum illo, Comitatus Moerspergensis fede. Tradit vero in iisdem litteris Mainhardus Comes, se Comitatum Moersperensem obtinere iure hereditario post obitum Adelberti Comitis, cuius filiam Mechtilde in matrimonio habebat. Potuit igitur ex hac Mainhardi familia castrum Moersperg transire per feminam in dominium gentis Bipontinae & Wildgraviceae. *Calmetus* in hist. Loth. edit. II, T. I, Dissertt. p. CXIII Albertum, Mainhardi sacerorum, putat fuisse Comitem Dachsburgensem, sed confusae nimium coniiciendi rationes illius nos impediunt, quo minus opinionem hanc probabilem habeamus. Quid si Mainhardus per uxorem Comes de Moersperg factus, fuerit Mainhardus ille Sponhemius, cuius consanguinea uxor Mechtildis hereditatem ipsi attulit, (cf. *Kremers genealogische Geschichte der Graven von Sponheim*, I Stück der diplom. Beyträge § VIII & XI) atque Henricus I, pater Henrici II, & Gerardus Comes Silvestris, pater Conradi III, uxores duxerint ex familia Sponhemica, filias nimirum Godfridi I, qui filius fuit Meinhardi & Mechtildis. Meinhardi certe ayus Eberhardus in vicina Alsatiae parte septentrionali villas Hochfeld & Schweighausen cum foresto Heiligenforst ex donatione Henrici III Imp. habuit.

- (d) Hinc patet, Henricum Comitem nostrum non totum tenuisse castrum iure proprio, sed partim pignoris loco sibi a Wildgraviis traditum. Neque vero deinceps vestigium communis possessionis reperiemus, sed Comites potius Bipontinos seculo ver-

dum. In cuius rei memoriam presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>L<sup>o</sup> nono mense Junio.

## VIII

Eiusdem confirmatio consensus militis cuiusdam in alienationem feudi, quod ab hoc alias miles habuerat, 1265.

*Ex Registr. Wernerivill.*

Henricus Comes Geminipontis universis presens scriptum intuentibus volumus esse notum, quod Bertholdus miles dictus de Grunbach in presencia nostra, Wilhelmi dicti Reynolt, Johannis Setzerede & aliorum plurimorum libera ac bona voluntate annuit donacioni facte per Conradum dictum filium Syfridi militis quondam de Erfwilre (a) monasterio & conventui de Wernevillerio ordinis Cisterciensis Metensis diocesis de bonis in

Bu-

---

vergente solos in illo dominatos esse videmus ex documento paulo ante not. (b) laudato.

- (a) Facta fuerat haec donatio anno superiori testantibus litteris, quarum initium & finem decerpere lubet: Noverint universi, quod nos Conradus castrensis de Castris quondam Sifridi militis dicti de Erfwilre pie memorie & uxor nostra Hedwigis — In cuius rei testimonium & evidens robur presentem cedulam sigillis venerabilis viri Domini nostri Reineri Comitis de Castris & Elizabeth collateralis eiusdem corroborari impetravimus, quia sigillum proprium non habuimus. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>. LXIIII in festo omnium Sanctorum. Invenit vero Sifridus miles de Erfwilre appellationem a vico dominii Wecklingen coniuncti cum dominio castri ad Blefam, Erfweiler.

Buderswilre (b), que ab ipso Bertholdo iure feodali pertinebat (c). In cuius rei testimonium ad preces dicti Bertholdi sigillo nostro communiri fecimus presens scriptum (d). Datum anno MCCLXV.

## VIII

Henrici Comitis Bipontini eiusque filii natu maximi, Simoni, Domini de Eberstein, compositio litis inter monasterium Hornbacense & vasallum quendam suum agitatae super iuribus Butteil & Hauprecht facta d. 31 Dec. an. 1269.

R

Ex

- (b) Rectius Budiswilre, hodie Busweiler, vicus in Comitatu Bitensi.
- (c) Rarissimum est hoc aeo exemplum feudi, quod miles militi dederat. Bertoldum vero ex genere militari ortum fuisse colligere licet, vel ex eo, quod consensum suum per Comitis chartam declarandum atque per eiusdem sigillum muniendum curavit. Quae ill. Estor adduxit exempla in opusculorum collectione germanica, Vol. I, III Stücf., p. 701 sq. & Vol III, X Stücf., p. 339 sq. von den adlichen Lehen des niedern Adels, sunt longe posteriora.
- (d) Neque enim Bertholdi militis consensus fuisset validus, nisi accessisset Domini sive Comitis, cuius imperium reverebatur, auctoritas. Non solum igitur hac aetate nondum sigillis usi sunt, Heineccius de sigillis P. I, c. XI, Koppius de insigni differentia inter S. R. I. Comites & nobil immēd. Suppl. Observat ad dipl. n. 2. Lucius Bericht vom Adel in Teutschland p. 123, sed & chartae ipsorum nomine conscriptae rariores sunt. Prius tamen inveniuntur, quum sigilla; quamvis enim chartae militum nomine inscriptae veniant, requisiverunt illi tamen suos Dominos aliasque, quos licebat, ut sigillorum firmamenta adiungerent.

Nos Henricus Comes Geminipontis, & Simon filius noster & Dominus de Eberstein (a) notum facimus universis, ad quos pervenerit prefens scriptum, quod cum discordia verteatur inter viros religiosos Abbatem & Conventum Hornbacensis monasterii ex una parte & Gozonem militem nostrum de Lemberg (b) dictam Vogelsang ex altera super iuribus que vulgo Bittel (c) & Houbetret (d) dicuntur & quaecunque alia

iii.

- 
- (a) Successerat Simon, filius Hentici, Eberhardo Domino de Eberstein, a. 1263 defuncto, in Comitatus s. Dynastiae Ebersteinensis partem dimidiam & ab anno certe 1264 titulum Domini de Eberstein assumserat deposito illo heredis s. dicti de Eberstein. Vide supra cap. II, p. 51. sq. & infra Sect. III.
  - (b) Lemberg castrum, caput hodie praefecturae cognominis, quia villa celebrior continetur Pirmasens, subsuisse Comitibus Bippontinis, Sect. III & III declarabit.
  - (c) Vox Bumeteil, contracta in Buteil, denotat divisionem substantiae servi rustici, seu ius, cui subiiciebantur servi, qui disfortes, hoc est, non itidem Domino ipsorum proprietate corporis addictas uxores duxerant. Eorum enim post mortem Dominus duas partes omnis substantiae mobilis capiebat, ita ut nonnisi tertia pars uxori eiusque liberis salva manereret; quam rectiorem vocabuli significationem primus aperuit per ill. Senkenbergius in Corp. Juris Germ. T. II, praef. § XI, p. XIII ex demonstratione iurium (Weisthun) Abbatis S. Maximini in Symeren, ibid. T. II, p. 64, qui tamen aliam vocis originem pandit; cf. Heltausii Gloss. Germ. p. 203. Habemus & nos haud pauca, quae ad distinctionem bidellae a iure capitali in lice ponendam faciunt, proxima data occasione pluribus expponenda.
  - (d) Hauprecht, Besthaupt, Fall, Hauptfall, Gewandfall, Beste-wat-

iura sunt, que homines sancti Pirmii solent dare, qui resider-  
ciam faciunt infra viam, que Rottweg  $\delta$  infra fluvium qui  
**Uissenaka** vulgariter nuncupatur (e), interveniente pacis ami-  
cabilis compositione dictam querimoniam seu discordiam termi-  
navimus in hunc modum quod dictus miles noster pro se  $\delta$  suis  
coheredibus expresse coram nobis predicte discordie renuntiavit  
promittens bona fide  $\delta$  sine omni dolo, quod predictos viros re-  
ligiosos scilicet Abbatem  $\delta$  Conventum vel per se vel per alios  
super prefatis iuribus minime molestabit, imo ipsa iura ad pre-  
fatos viros spectabunt  $\delta$  ipsa possidebunt iure hereditario sicut  
bacterius possederunt. Ut autem hec firma permaneant  $\delta$  in-  
convulsa, Nos ad petitionem utriusque partis presentes literas  
sigillis nostris duximus roborandas in testimonium veritatis. Aeta  
sunt hec anno Domini MCCLXIX feria secunda ante octavam  
Domini in clauistro Hornbacensis monasterii. Testes qui huic  
compositioni interfuerunt, *Wilhelmus dictus Reynolt, Bechel-  
inus Castellanus (f), Rudegerus Glaz, Siberus de Renberg mi-  
lites  $\delta$  alii quam plures.*

---

watmal, todte Hand, ius capitale s. mortuarium caet. usitata  
fuere nomina ad denotandam pensionem, quae de morte servi-  
aut servae Domino debebatur. A viris vero decedentibus tran-  
sibat ad hunc optimus equus s. optimum pecoris caput, & ab  
uxoribus optimum quid' ex induviis & exuviiis.

- (e) Incognita mihi iisque, quos consulere licuit, nomina.  
(f) Castellanus h. l. idem est ac burggravius s. praefectus eastri a  
Comite Advocato constituendus. Distinguitur enim a militi-  
bus peculiari appellatione.

## X

Henrici Comitis eiusque filii Simonis & Agnetis uxoris literae, quibus consentiunt in venditionem bonorum, quae homo quidam Iuus Godefridus de Rimeswilre dictus Parcifal a monasterio Hornbacensi in feudum haberat, in Rimeswilre & Dessingen factam eidem coenobio, m. Mart. 1273.

*Ex Registr. Hornbac.*

Nos Henricus Comes Geminipontis & Simon filius noster una cum Agneta Comitissa collaterali nostra universis, ad quos tenor presencium literarum pervenierit, cupimus esse notum, quod Viri venerabiles ac religiosi Dominus Hugo Abbas totusque Conventus monasterii Hornbacensis ordinis sancti Benedicti Metensis dioecesis omnia bona in Rimeswilre & Dessingen (a) sita, que a predictis viris religiosis Godefridus de Rimeswilre dictus Parcifal titulo feudaliter tenuit & possedit, ab eodem G. sive sint in decimis (b) sive in censibus cum ceteris attinentiis dictorum bonorum nichil excepto pro centum quadraginta libris Metensium denariorum emerunt & titulo empacionis rite & legitime compararunt de quibus centum quadraginta libris nobis a prefatis viris religiosis in viginti libris Metensium de-

na-

- 
- (a) Nomina villarum, quae haud amplius supersunt. Vocabulum tamen Rimsweiler etiamnum superstes est in ponticulo ligneo, quo transitus fluvioli Drusb s. Felsbach coniungitur, vulgo dicto der Rimsweiler Steeg. Neque enim h. l. sermo est de vico Rimsweiler, qui leucam a nobis abest.
  - (b) En exemplum decimarum, quas miles ab ecclesia in feudum tenuit! cf. Buri Erläuterung des Echenrechts p. 569 sq.

nriorum est plenarie satisfactum, in quibus viginti libris idem  
 G. ratione homagii, quo nobis astrictus fuerat, tenebatur (c).  
 Nos igitur omni actioni, quam ad dicta bona de Rimeswilre  
 habere occasione homagii videbamur, expresse renunciamus, in-  
 anem & irritam in his scriptis in posterum protestantes, dictus  
 autem G. pro se & suis coheredibus predictis bonis ad eum titulo  
 feudalii seu quocunque iure alio devolutis renunciavit expressius  
 coram nobis. Nos etiam sepedictos viros religiosos ab omni in-  
 quietudine molestia gravamine, que eisdem possent occasione pre-  
 dictorum honorum incumbere, promittimus quantum ad posse  
 nostrum contra indempnes reddere ac securos. Ne igitur pre-  
 dictae vendicioni ac empacioni perfidorum versutia sive calliditas  
 valeat obviare, presentes literas ad instantiam predicti Godefridi  
 prenominatis viris religiosis dedimus sigillis nostris roboratas in  
 testimonium & memoriam veritatis. Datum anno Domini MCC-  
 LXXII mense Martio.

### Decas IIII

Diplomatum, historiam HENRICI II, Comitis Bipontini,  
 illustrantium,

R 3

I

- 
- (c) Nimurum necessarius erat consensus Comitis in alienationem  
 rei homagio obstrictae. Consistebat autem ius illius in pecunia,  
 qua partem redditum suam fecerat, & sub pactione servitorum  
 militarium sibi praestandorum Godefrido militi tanquam suo  
 homini reddiderat. Patet vero hinc quoque differentia inter  
 feudum & homagium. Illud enim pendebat ab ecclesia Horn-  
 bacensi, hoc autem obstrictus erat miles Comiti.

## I

Wernheri Archiepiscopi Moguntini charta, per quam Conventui b. Mariae in horto Cerasorum prope Wormatiam incorporat redditus parochiae in Muntzheim 1273.

*Schannatus bist. Worm. Cod. probb. n. CLVIII, p. 137  
ex Archiv. Administr. Heidelb.*

*Wernherus, Dei gratia S. Moguntine sedis Archiepiscopus —  
Syfridus prepositus maior, Symon Decanus, totumque Capitu-  
lum &c. constare volumus, quod cum venerabilis Abbatissa to-  
tusque Conventus in Orto S. Marie extra muros Worm. prop-  
ter inopiam seu prebendarum suarum redditus tenues & exiles no-  
bis humiliter supplicarent propter Deum, quod Ecclesiam in  
Munzheim (a) nostre dioecesis, cuius patronatus ad dictas sanc-  
timoniales ex donacione Henrici Comitis Geminipontis & Ag-  
netis sue contoralis dinoscitur pertinere, consensu Gerardi pre-  
po-*

---

(a) Amplissimus Preuschenius in Commentatione continuata in hi-  
storiam familie illustris Ebersteinensis, Karlsruher öffentliche  
Sammelungen 1 Band XLIII und XLIV Stück § x, p 348 350  
pluribus rationibus demonstrare studet, dici h. l. de vico  
quondam Ebersteinensi inter Gochsheim & Udenheim Quum  
vero Simon, Henrici filius natu maximus, iam tum Dominii  
Ebersteinensis transrhennani hereditatem solus adiuerit, nescio  
an non hic locus de alia villa Wormatiae propiori in ea regio-  
ne, ubi Henricus noster plures habebat tum avitas tum ex  
hereditate Ebersteinensi possessiones, intelligendus sit, cf. supra  
Dec. II, dipl. III, praesertim quum Moguntinus Archiepiscopus  
villam istam in sua dioecesi sitam esse dicat, quod rectius ca-  
dere arbitror in Munzenheim haud procul a pago Hesseloch.

positi S. Pauli Worm. Pastoris ecclesie prediche (b) ipsam Ecclesiam cum suis prouentibus dignaremur incorporare  
Aet. anno MCCLXXIII.

## II

Rudolfi I, Marchionis Badensis, literae reconciliationis  
cum Henrico Comite Geminipontis eiusque sociis in  
expugnandis munitionibus Selse & Seldenowe, d. 29  
Jul. 1274.

*Ex Wenckeri Appar. Arcbivi p. 180, n. V.*

Nos Rudolffus Dei gracia Marchio de Baden ad universorum notitiam volumus pervenire publice profitentes. Quod nos universis ad devastacionem munitionum nostrarum Selse & Seldenowe cooperantibus, qui ex iussu & mandato Serenissimi Domini nostri Rudolff Romanorum Regis ad hoc venerunt. Vide licet E. & F. Comitibus de Liningen, H. Comiti & filiis suis W. & E. Comitibus de Geminiponte (b). Domino . . .  
de Bolandia. Domino H. de Fleckenstein. H. de Fleckenstein. Hun-

di

(b) Qui fuit ex Comitibus hirsutis fraterque Eberhardi & Friderici, Episcoporum Wormaciensium, teste Schannato hist. Worm. p. 123, cf. ibid. Cod. probb. in CLXXIX p. 145 n. vii.

(a) Castrum & oppidum Selse quantae id temporis fuerit offensioni, ex pluribus a Wenckero l. c. editis tabulis colligere licet. Postquam saepius de eo destruendo actum fuerat inter Episcopos, Comites Dominosque vicinos, haud tamen prius efficax fuit eorum consilium, quam cum accedente auctoritate regia Comitisque Bipontini auxilio Selse & Seldenowe devasta ta sunt; cf. narrationem fatorum castrorum & oppidi Selse in ill. Schoepflii Alsat. ill. T. II, p. 181.

di. H. fratri suo Symoni. Civibus Argentinensibus ac toti Civitati nunc & in posterum de huiusmodi commisso de quo predictum est firmam Reconciliationem deditus, promittentes nibilo minus de hiis scriptis, Quod nos si quid contra quemquam a tempore creationis Serenissimi Domini nostri R. Regis Romani indebite attemptavimus, coram eodem Domino nostro Rege cum requisiti fuerimus universis iustitiam faciemus. Ita quod & ipsi nobis justiciam ibidem de eis contra ipsos nobis proponere competit e converso, facere sint parati. Datum anno Domini MCCLXXquarto. Dominica proxima post festum Sti Jacobi Apost. In cuius rei evidenciam nostro Sigillo Roboravimus presentis scriptum.

## III

Henrici Comitis Bipontini tabula, qua Philippo de Montfort oppignerat villas suas Husen & Rode, eundemque vasallum suum efficit, d. 20 Jul. 1274.

*Ex libro Copiali Sponbem. Archivi Bipont.*

Nos Heinricus Comes Geminipontis tenore presencium notum facimus universis, quod nos villas nostras Husen & Rode (a) cum attinencie Do. nino Philippo nato Domini Cunonis bone

(a) Hodie Oberhausen & Duchrodt, quarum etiam in dispositione a Stephano, Duce Bipontis, eiusque socero, Friderico, Comitum Veldentinorum ultimo, de adeunda olim a filiis ac nepotibus, Friderico ac Ludovico, hereditate, a. 1444 facta mentio his verbis fit in recensione dominiorum praediorumque, quae Ludovico, Duci post Bipontino, adsignabantur. Darzu Duchrod vnd Husen, in die Mannschaft gein Zveybrücken gehörig; vide

bone memorie de Montfort (b) pro septem triginta & centum  
marcis Coloniensibus bonorum & legalium, acceptorum & da-  
tivorum apud Crucenachen super fluvio, qui dicitur Na & pro  
quadraginta libris Metensium bonorum & legalium, titulo pigno-  
ris obligavimus, quodque nos vel heredes nostri dictas villas de  
prefata summa pecunie duixerimus redimendas, post redencionem  
vero seu deliberacionem dictarum villarum dictus Ph. de centum  
marcis Colonensium & legalium comparabit bona, que Domi-  
nus Ph. sepedictus & heredes sui a nobis & nostris heredibus  
in feodum perpetuo possidebunt, Addicimus eciam, quam diu  
dictae ville remanserint obligate, bona universa cum fructibus &  
prelibatis villis provenientibus Ph. memoratus in feodum retine-  
bit (c). In cuius rei testimonium presentem paginam duximus

S

robo-

vide G. C. Joannis Misc. hist. Pal. Bip. Animadv. Spec. I.  
n. V, p. 26 & 27.

(b) Montfort castrum haud procul ab Odernhemio ad Glanum no-  
men dedit his militibus. Cuno de Montfort subscripsit char-  
tae 1260 scriptae, quam supra Dec. II, n. VII ad cap. II, pag.  
72 dedimus.

(c) Apparet hinc satis clare, pignus fuisse infeudatum, quod Phi-  
lippus de Montfort a Comite Geminipontis recepit. Fru-  
sunt illo Montfortii, a Comitibus nostri investiti, usque ad a.  
1412, quo Rudolfus de Montfort Stephano Comiti Palatino  
dictas villas resignavit, assensum praebente proximo ipsius  
herede Wolf de Lewenstein dicto Kirchhusen cum uxore Hil-  
degarde, contradicente vero agnato Friderico de Montfort;  
unde lites bellaque exorta, quae tandem Ludovici Electoris  
Palatini opera sic composita sunt, ut Fridericus de Montfort tres  
quadrantes villarum haberet feudi hereditarii iure praeditos,

quar-

*roborandam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, decimo tertio kalendarum Julii.*

### III

Literae Henrici, Comitis Geminipontis, quibus se ligium Episcopi Metensis profitetur, d. 6 Jul. 1275.

*Ex scripto publico Sacrorum Regis Caroli XI, Ducis Bipontini, nomine a. 1683 edito: Beschwerden über der Franköischen Gerichts Cammern zu Meß und Breybach angemassete Vornehmen und Verfahren wider das Herzogthum Zweybrücken edit. I, p. 6, edit. germ. lat. 11.*

*Ego Heinricus Comes Geminipontis, publice D<sup>o</sup> in presencia Domini mei Laurencii, Dei gracia Metensis Episcopi recognosco quod ego sum Homo Ligius Domini mei Episcopi per omnibus Dominis aliis, Imperatore excepto, Nec ego nec filii mei possunt aut poterunt, vel unquam poterunt alium Dominum sibi constituere (a). Datum A. Dom. 1275 die Pe-*

---

quarti autem reliqui usumfructum feudalem Stephanus Dux consolidaret cum dominio directo. Hodie nobilis Gunderdiorum familia per novum pactum dimidiam redditum partem in hisce villis possidet lege vasallagii.

(a) De occasione huius foederis ligii uberioris cap. III, § 6 p. 84 sq. commentati sumus. Eadem Episcopo ante quinque annos Heinricus Comes eiusque filius primogenitus, (Simon Dominus de Eberstein) & hic quidem ratione feudi in Bretheim hominumque S. Stephani ultra Rhenum fidem addixerunt. Testantur hoc literae primae earum, quas *Meurissius* in hist. Episc. Metensi. L. III, p. 477 se in Cancellaria Episcopali vidisse narrat: *Il se trouve six belles pieces dans la Chancellerie de Vic datées du tems de la Seance de cet Evêque (Laurent 65 Evêque.)*

La

La premiere du Mercredy d'apres la Saint Remy l'an mil deux cents septante (8 Oct. 1270), par laquelle le Comte des Deuxponts est dit & recognu homme lige de l'Evesque de Metz, comme aussi son fils ainé, a cause du fief de Bretheim & des hommes de St. Etienne au dela du Rhin. La seconde du Lundy apres la Saint Luc, l'an mil deux cents septante cinq, (21 Oct. 1275), dans laquelle il est porté, que Castres & Putlanges avec leurs dependances sont fiefs de l'Evesché de Metz, liges & vendables. La troisième du jour des Octaves de Saint Pierre & de Saint Paul la mesme année 1275 (6 Jul. 1275) par laquelle le même Comte des Deuxponts Henry reconnoit qu'il est homme lige de l'Evesque de Metz avant tous les autres Seigneurs, excepté l'Empereur, & qu'il ne tuy est pas permis ny a ses Successeurs de choisir un Seigneur au préjudice du rang de l'Evesque de Metz. Horum titulorum duos priores, quorum alter magis respioit historiam Ebersteinensem infra Sect. II attingendam, alter vero ad Henricum Comitem de Salmis, heredem Comitatus Castrensis & dominii Pütlingensis, referri debet, Calmetus Abbas in hist. Loth. edit. II, Tom. III, p. 198 non solum in unum confudit, sed & primum satis ridicule interpretatus est. Sic enim eas refert: *On rapporte quelques reprises de Henry Comte des Deuxponts des années 1270 & 1275, par lesquelles ce Seigneur reconnoit, qu'il est homme lige & fils ainé de l'Evesque de Metz pour les fiefs de Bretheim, & qu'il est premier des vassaux de St. Etienne au dela du Rhin, & pour les terres de Putlange & de Castres.* Caeterum literas illas a. 170 scriptas neque a Meurissio, neque uti decebat, ab Episcopo Metensi, quum a. 1680 coram iudicio recuperatorio Metensi ius in Comitatum Bipontinum affectans causam suam ageret, prolatas esse, merito reprehendit auctor scripti illius publici, Be schwerden über der Gerichts Cammern zu Metz Verfahren ic. p. 17.

(b) Quum Meurissius has literas a se vitas octava Petri & Pauli

## V

Literae Henrici II, Comitis Bipontini, quibus Hugonem  
Dominum de Vinstingen, generum suum, a nexu cli-  
entelari, quo ei Dimringae causa tenebatur, sub con-  
ditione resolutiva absolvit, d. 5 Jul. 1275.

Editae primum a L. B. de Senckenberg in prodr. Iuris feudalis Ap-  
pend IV Doc. n. IV, p. 137 sq. iam ex Autographo, quod  
in Tabulario Rbingravico asservatur, emendatae.

Henricus Comes Geminipontis notum facimus universis pre-  
sentes inspecturis, quod nos de consensu Symonis, Everardi & Wal-  
lerami filiorum nostrorum (a) Hugonem de Fenestingen (b)  
ge-

---

datas esse dicat, testimonio ipsius oculato plus tribuendum ex-  
istimo, quam patronorum caussae recuperatoriae levitati. In-  
cidit vero illa in d. 6. Julii.

- (a) Perill. *Senckenbergius* in Observatt. ad hoc documentum h. l.  
notat, in eiusmodi alienatione, qua immobilia a nexu feudalii  
liberabantur, filiorum consensum de iure Germanico fuisse  
necessarium; contra nullo eorum consensu opus fuisse, ubi  
feudum dabatur, cum Vasallus tantum usufructu germanico  
potiretur, nullaque adeo inesset alienatio; cui asserto suffra-  
gatur dipl. huius Dec. III, a. 1274.
- (b) Familiae Dominorum Vinstingenium illustris olim memoria  
ita fere obscurata est, ut hanc tandem prorsus peritaram esse,  
doluerit summus Koelerus in operis amplissimi Münzelustigen-  
gen T. IX, 26 Stück, 26 Jun. 1737, p. 205. Erunt forte ali-  
quando, quibus memoriam nobilissimae gentis redintegremus.  
Illustravit autem eam maxime hoc ipso seculo Henricus de  
Vinstingen, frater Cunonis & Brunichonis, Dominorum de  
Vinstingen ac fundatorum Prioratus S. Leonardi in monte apud  
Vin-

Vinstingen a. 1252 instituti, cf. literas eorum in *Calmeti hist.*  
*Loth. edit.*, I, Tom. II, probb. p. CCCCLXXII sq. in quibus is  
 appellatur Domini Papae Capellanus & Cantor Virdunensis.  
 Fuit vero idem quoque Ecclesiae Metensis Decanus, tandem  
 Archiepiscopus Trevirensis a Papa ordinatus 19 Nov. 1260,  
 (cf. *Hontbem.* hist. Tr. dipl. T. I, p. 776 (a) & Gesta Tre-  
 virorum in eius vita) praefuit ecclesiae metropolitanae usque  
 ad a. 1286, quo in craftino b. Marci Evangelistae ex hac vita  
 migravit. Egregie is autem ecclesiae suae auctoritatem, po-  
 tentiam & opes amplificavit firmavitque tum novis munitionai-  
 bus exstruendis, aliisque instaurandis augendisque, tum  
 comparandis feodis & homagiis Comitum nobiliumque  
 Dominorum, ex quibus prae caeteris memorantur Comites de  
 Veldentia, *Geminipontis*, de Sarwerden, hirsutus, de Hoin-  
 berch, tum coemendis praediis redditibusque in dioecesi Tre-  
 virensi, in quorum numerum praecipue refertur castrum  
 Mailberg cum Advocacia Witlich, vasallis, castrensis, ho-  
 minibus, villis caeterisque iuribus attinentibus, quod Archi-  
 episcopo a. 1279 vendiderunt pro mille & quadringentis libris  
 Metensium denariorum Hugo miles & Joannes armiger, Do-  
 mini de Vinstingen, ipsius credo ex fratre nepotes, ad quos  
 illud pervenerat absque dubio per feminam ex familia Dyna-  
 starum Mailbergensium Vinstengensi Domino nuptam. Ta-  
 bulas huius emisionis venditionis dedit Reverendissimus *Hont-*  
*bemius* in hist. Tr. dipl. T. I, n. DLV, p. 809 sq. iniurius  
 tamen quodam modo in Vinstingios ex nobilium Dominorum  
 genere natos, cum in nota (a) observet, armigeros fuisse ex  
 militari genere ortos, eosque qui aut impuberes privatum se  
 in armis exercere studebant, aut si armis sufficientes essent  
 declarati, cingulum militare nondum acceperant. Demonstran-  
 tum enim est a pluribus & maxime, qui instar caeterorum esse  
 potest, ab illustri *Scheidio historisch und diplomatische Nachrich-*  
*ten von dem hohen und niedern Adel in Deutschland.* § 8. sq.  
 armigeros non solum fuisse ex militari genere, sed etiam no-

generum nostrum (c) a fidelitate & homagio, in quibus idem  
Hugo ratione castri de Dymringen (d) & ville Ruprecvile

no.

bili loco natos tirones militiae s. cingulo nondum ornatos, atque hunc honorem qui accepissent, dictos fuisse milites, Ritter; cf. praeterea du Fresne gloss. in voce miles, ubi milites in primum, secundum & tertium ordinem distinguntur. Posterior ordo erat militum gregariorum s. ex militari genere natorum: Duces vero, Comites & Domini erant primi vel secundi; Bericht vom Adel in Deutschland ic. Frankf. 1721, p. 68 sq. Adliches Rittersfeld ic. § VII, p. 41-43 & maxime not. (f), *Oratio de Homburgo*, Biponti edi coepit 1759 cap. V., not. (e), p. 16 & 17. Neque igitur dicti Vinstingii Dynastae in Indice nobilium (inferioris ordinis) sed hereditariorum Comitum & Dynastarum a Viro summe Venerabili erant collocandi, vide notam sequentem.

(c) Cum Hugo de Vinstingen coningem habuerit illustrioribus parentibus natam, hoc vel solum conditionem illius pariter illustrem declarat. Atque chartam dictam emtionis venditionis castri Mailberg quum firmatam esse vellent Hugo & Johannes, Domini de Vinstingen, etiam sigillis nobilium Viatorum Domini Henrici Comitis Geminipontis & Domini Hugo-nis de Litzelstein, hi ita precibus respondent: *Et nos — Henricus & Hugo Comites predicti, ad dictorum Hugonis militis & Jobannis armigeri consanguineorum Dominorum de Vinstingen instantiam & rogatum sigilla nostra literis presentibus duximus apponenda.*

(d) Dimringa castrum, hodie vicus praefecturae Dimringensis, quae Comitatui Sarwerdano contermina Comitibus Silvestribus & Rheni subest, ad fluviolum Eigel, quae Sarae prope Herbizheim miscetur, haud procul a S. Laurentio, Lorenzen, situm est, demonstratque, quam late patuerit ditio Comitis

Bi.

nobis astrictus est & fuit usque ad hec tempora absolvimus &  
acquitamus & renunciamus pure ac simpliciter omni iuri quod  
nobis & heredibus nostris in dictis castro & villa occasione dicte  
fidelitas & homagii hactenusit competitbat quamdiu Katerina  
filia nostra, uxor eius (e), vivet (f). Hoc excepto & nobis sal-  
vo, quod si prefati Hugo & Katerina prolem aliquam non pro-  
creaverint, ipse Hugo predictus fidelitate & homagio nobis &  
he-

Bipontini. Datum vero fuisse Hugoni videtur dotis loco.  
Nulla vero in finibus huius castrorum reperitur villa Ruprec-  
vilre, nisi ea interpretanda sit de vico Rothweiler.

(e) Quae Herzogius in Chron. Alsatiae L. V., von den Graffen zu  
Zweybrücken, p. 37 narravit de Catharina, Eberhardi Bipon-  
tini filia, Hugonis de Vinstingen coniuge, d. 5 Mart. 1334  
defuncta & in coenobio fratrum minorum Sarburgi sepulta,  
rectius ad nostram Henrici II Bipontini filiam referenda cen-  
feo, qua esic ad aetatem nonaginta plus minus annorum  
pervenisset.

(f) Singularis hic primum est, animadvertisente per ill. Senckenber-  
gio, renunciatio dominii directi sub conditione resolutiva; dein  
cum Dominus Vinstingius in pari nobilitatis ordine esset, ex-  
emplum haec charta praebet feudi ab aequali dati, quod eo  
aevio raro usu venire iudicat. Fieri tamen coeptum est sec. hoc  
paulo frequentius, cf. supra Dec. III, dipl. III, not. (c). Sic  
Hohenfelsii Dynastae tenuere castrum Stadecken in feodium a  
Comitibus Liningenibus, idemque dein apertum Fridericus  
de Liningen senior rursus contulit a. 1313 Georgio Comiti  
Veldentino genero suo, & Joffrido de Liningen, nato suo minori.  
Itaque dominium directum, inquit Ictus laudatissimus, Gemi-  
nipontis Comitum, dum Hugo & Katerina vivebant, quiescens,  
post eorum mortem, casu quo improles decederent, reviviscere

heredibus nostris restringetur (g). Et ipsum castrum & villam a nobis & heredibus nostris recipiet, & tenebit in feodum sive ante. Si vero prolem ipsos procreare seu habere contigerit, volumus quod absolutio, acquitacio & renunciatio per nos superius facte in suo robore semper maneant & perpetuo observentur, & quod predictus Hugo & sui heredes dictum castrum & villam cum iuribus suis & attinenciis possideant tanquam bona sua allodialia & libere teneant & absolute. Et quod dictus Hugo & sui heredes a nobis vel heredibus nostris nullo unquam tempore in dictis castro & villa & earum attinenciis occasione alicuius homagii turbentur de cetero vel vexentur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum & datum Anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> quinto tercia fe-  
ria ante festum beate Marie Magdalene.

## VI

Henrici, Comitis Bipontini, donatio quadraginta solidorum de salina in Lynden quotannis percipiendorum, legata monasterio Wernerivillano, 1280.

Ex

iubetur. Loquitur vero clare charta nostra, dominium directum intermitti debere, quamdiu Katerina, uxor Hugonis vixerit; ea mortua si prolem reliquerit, istud prorsus extinguendum; si vero liberis caruerit, atque Hugo illi superstes sit, hunc ipsum, dum viveret, vasallagii nexum denuo agnoscere debere; quo etiam defuncto revertisset castrum ad dominum directum, consolidatumque fuisset ius vasalli cum iure Bipontinorum proprietario.

(g) Conditio quum fuerit impleta, abiit haec alienatio in puram donationem, ex qua Vinstingenses Domini Dimringam ut allodium possederunt.

*Ex Coenobii dicti Registratura.*

*Noverint universi presencium inspectores, quod ego Henricus Comes Geminipontis agonisans & in extremis laborans anime mee & animabus successorum meorum salubriter providere cupiens de consensu & bona voluntate Domine Agnetis mee contecta & filiorum meorum Ebirhardi Walrami & Henrici prepositi (a) legavi monasterio de Werneswilre ordinis Cisterciensis quadraginta solidos Metenses denariorum (b) in puram & perpetuam elemosinam de Salina in Lynden (d) antedicto monasterio annis singulis & natalibus (c) assignandos. Ne autem*

T

hunc

- (a) Simon igitur Ebersteinensis, filiorum natu maximus, tum haud amplius in vivis fuisse videtur.
- (b) Ante triginta annos & quod excedit Henricus cum uxore Agnete monasterio dicto iam quadraginta solidos in Ensmyngea, credo nobis transsarana ad Albam fluviolum sita & ad dominum Moersbergensem spectante, percipiendos contulerat. Et igitur haec liberalitas secunda, qua iisdem monachis alios quadraginta solidos ex redditibus salinae in Linden percipiendos legavit.
- (c) Quum anniversaria peragi quotannis solebant recurrente die obitus, posset de eo h. l. natalis intelligi, qui significatus fuit maxime solennis in designando die mortis martyris, sancti aut fidelis, qui tum caelo nasci dicebantur. Sed malim annos singulos & natales sumere de quatuor diebus festis maximis, quae quotannis celebrantur, cf. du Fresne gloss. voce *natalis*.
- (d) Villa haec in finibus castri Moersbergensis sita una cum castro ipso & vico Germange a. 1297 transiit ad Ducem Lotharingiae, cf. supra Dec. III, dipl. VII, not. (b). Salinam vero etiam in Lynden seculo certe XIII celebratam ignoravit Calmetus Abbas hist. Loth. T. V, edit. II dissert. Sur les Salines de Lorraine & de l'Evêché de Metz p. xxxv sq.

legacioni & ordinacioni aliquis in futurum contraire & contradicere valeat, domine antedictae mee contekte & filiorum meorum antescriptorum sigillis est presens cedula communita. Datum anno Domin M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup>.

## VII

Henrici, Comitis Bipontini, & Agnetis uxoris literae quibus profitentur, se castrum Stauff cum appendentiis suis alienasse in favorem ecclesiae Wormatiensis maioris d. 3 Febr. 1281, recognitae a filiis d. 6 Maii.

*Schannatus bish. Worm. Cod. probb. n. CLVI ex Archiv. Eccles. Cathedral. Wormat.*

Nos Heinricus Comes de Zweinbrucken, & Agnes collateralis eius, omnibus ad quos presentes litere pervenerint tam presentibus quam futuris salutem, & habere noticiam subscriptorum. Ut contractus bone fidei firmitate perpetua nitatur & ne processu temporis fraudolosis machinationibus calumpnia iacturam patiatur, expedit ea, que inter vivos contrahuntur, ad perpetuam rei memoriam literarum testimonio perennari. Hinc est quod nos omnibus presentibus & futuris volumus esse notum Nos communicata manu, concordi consilio & unito, castrum nostrum in Stauff, Wormatiensis Diocesis (a) quod

---

(a) Castrum hoc haud procul a monte dicto Donnersberg & oppido Gelheim situm cum praediis ad illud spectantibus ex hereditate Ebersteinensis Comitis Eberhardi, cuius filia fuit unica Agnes, Henrici nostri coniux, ad hunc venisse, haud dubitamus amplius, postquam Eberhardum illum de Eberstein in vi-

*quod ab honorandis Dominis nostris, Domino nostro Archiepiscopo*  
T 2

vicinia dicti castri monasterium virginum, quod a rosa, insignibus familiae Ebersteinensis gentilitiis, dictum est vallis rosarum, Rosenthal, fundasse, atque in eo sepulturam invenisse denuo perpendimus, cf. ea, quae *Origg.* P. I, cap. IIII, § VII, p. 277 ex *Schannati hist.* Worm. P. I, recens. mon. Virgg. n. XV, p. 184 sq. attulimus; unde intellectu facile est, quo paetio Bipontini Comites advocatas hereditarias binorum coenobiorum castro illi proximorum, vallis rosarum & S. Mariae in Ramosa, vulgo Ramsee, tanquam caltro Stauff inhaerentes adepti sint, cf. *Origg.* P. I, l. c p. 276 not. (g). Sed qua ratione castrum illud dominiumque cisrhenaum ad Eberhardum Dominum de Eberstein venerit, obscurum est, neque quicquam eius rei docere potuit ill. *Preuschen in historia Comitum Ebersteinensium, Carlsruher nussliche Sammlungen*, Vol. I, p. 357. Mentionem quidem factam esse diximus iam *Origg.* P. I, p. 277 in antiqua fundatorum Murensis monasterii Genealogia, quam vide in *Eccardi Origg. Habsburgo-Austriacis*, probb. n. XXXVI, p. 203, his verbis: *Ruodolfus* (qui fuit Rudolfi regis avus & a. 1232 obiit) *per Agnesam filiam Gottfridi de Stouffen*, quod est inter Wormatiam & Spiream, genuit — Quod vero ibidem aenigma sub hoc loco latere dixi, illud etiamnum involucris tecum mihi est. Neque eam Godefridus Comes de Stouffen in diplomatis vel semel occurrit, adeo ut sit ille, si quidem verum locutus est Genealogus Murensis, absque maiorum imaginibus. An forte mater Eberhardi II de Eberstein soror fuit Agnesae, quae Rudolfo Habsburgio nupfit, aut modo permutationis caltrum Stauff ad Eberhardum delatum est? Sed commentis aut coniecturis nulla veritatis historicae adiumento munieris iocum dare dum haud puto, antequam clarior lux affulserit. Multo vero minus, quam prima eius memoria, quam vetus iste auctor regionis Rhena-  
pae

copo. Capitulo Trevirensi in feodo habuimus (b), predictorum Dominorum nostrorum consensu & voluntate, utpote qui etiam ius suum proprietarium & directum dominium (c) in honorandos Dominos, Dominum Wormatiensem Episcopum & ecclesiam Wormatiensem transulerint, cum bonis infra scriptis,

nae haud adeo curate peritus, utpote qui castrum Stauffen inter Wormatiam & Spiram situm esse dicit, ad nos propagavit, quum illa, inquam, sit nimium obscura, altius adscendere licet in originibus castri declarandis. Sive enim id ab familia Stauffensi aedificatum, in quod colonia ex primaria arce Stauffen in Suevia deduceretur, coniicias, sive in prima eius eaque clara memoria subsitas, parum profeceris.

(b) Existimo, huius ipsius castri, quod uti ex pertinentiis, seu bonis propriis & allodiis adiacentibus colligi potest, ab initio videtur fuisse patrimoniale, proprietatem ab Henrico Bipontino fuisse oblatam Henrico de Vinstingen, Archiepiscopo Trevrensi eiusque ecclesiae. Factus enim ille est vasallus dicti Archiepiscopi, tenebantibus Gestis Trevirorum apud Honthemium Prodr. hist. Trev. T. II, p. 807: Item comparavit (Henricus praesul) feoda & homagia plurima, Comites, Barones, Nobilis que terrae videlicet XXXI primo de Veldentia, Genuipontis, de Sarverdin, Hirsum & de Hoinberch &c.

(c) Quod enim ius erat Domino feudi, consistebat in iure proprietatis. Unde per ill. Senckenbergio in Meditt. fasc. II, medit. I, de divisione fructuum feodi, § V, p. 244 sq. dominum feudi placuit appellare dominum proprietatis. Sed quamvis ille recte exulare velit ex doctrina feudorum nomen dominii utilis, retineendum tamen est antiquum, & quod in Gundlingian. Part. XII probatum dedit auctor sagacissimus, germanicae originis, latialis sermonis habitu testae, vocabulum directi dominii. Habebat nimurum dominus feodi ius s. rectum, recht, directum, gallice droit, in vasallum.

tis que sunt videlicet duo molendina sub castro ipso cum suis iuri-  
bus & attinentiis; Item pomerium & montem cum ortis, vine-  
is & pertimentiis; Item pratum dictum Bruel, sub Hagen.  
Item pratum dictum Schelewise; silvam dictam Hagen, & sil-  
vam dictam Han, cum silva dicta Stauff. Item punctiones de-  
rivo dicto Ysen(a), Item villam dictam Wernherisbrunnen  
ante castrum Stauff sitam, item villam dictam Morsbach prope  
castrum sitam(e), Item villam dictam Swanden, item villam  
dictam Röckweiler cum omnibus suis pertinentiis(f), sive sit in  
molendino, pratis pascuis &c. prout ipsa iure & consuetudine  
possedimus, prefato Domino Wormatiensi Episcopo & Worma-  
tiensi ecclesie, pro duobus Millibus librarum Hallens. iusto ven-  
dicionis titulo vendidisse, & nobis de tota pecunia premissa lega-  
liter & complete satisfactum esse & solutum(g). In testimonii  
T 3 um

(a) Ysen fluvis, Eisbach, qui Wormatiae Rheni aquis absorbetur,  
ortum habet haud procul ab arce Stauff & Eisenberg s. Ysen-  
burg, in cuius filiabus ecclesiis cummaxime est quoque Stauff  
& Ramsee; cf. Sebannati hist. Worm. p. 17.

(e) Villarum nomina, credo, cum ipsis interierunt, quum neque  
in tabula Episcopatus Wormatiensis geographica Homannio-  
rum heredum opera excusa a. 1752, neque in Schannatiana re-  
censione parochiarum dioecesis Wormatiensis reperiantur; mihi  
certe haud cognita sunt.

(f) Paullo longius a castro Stauff & in vicinia castri oppidique Wolf-  
stein invenias pagum Swanden & villulam Röckweiler, quae  
forte li. intelligi debent.

(g) Fuit tamen castrum Stauff cum villis, iudiciis, vasallis, castren-  
tibus, monasterisque, vall. rosarum & Ramosa, a. 1333 in  
iis, quae Walrabo s. Walramo II, Comiti Geminipontis per  
divisionem terrarum ac dominiorum cum agnatis Comitibus  
de-

um  $\mathcal{G}$  robur premissorum perpetuum presentem literam sigillis  
dedimus roboratam. Actum  $\mathcal{G}$  datum Anno Domini MCC-  
LXXXII iu crafino beate purificationis S. Marie virginis.

Nos Heinricus prepositus Ecclesiae Sancti Germani Spi-  
rent. Canonicus maioris ecclesiae ibidem, Eberhardus &  
Walramus, filii nobilis viri Heinrici Comitis de Zwein-  
brucken & Agnetis eius conteatalis omnibus presentes literas  
inspecturis  $\mathcal{G}$ c. recognoscimus publice profitentes Nos gratanter  
 $\mathcal{G}$  libere consensisse venditioni de castro in Stauff,  $\mathcal{G}$  bonis  
propriis  $\mathcal{G}$  allodio eorundem ipsi castro adiacentibus — inter ve-  
nerabilem Dominum nostrum Worm Episcopum,  $\mathcal{G}$  Ecclesiam  
Worm. ex una,  $\mathcal{G}$  prefatos patrem  $\mathcal{G}$  matrem nostram cele-  
brato, ratum  $\mathcal{G}$  gratum habentes, quidquid per prefatos nostros  
parentes factum  $\mathcal{G}$  actum est in premissis. — Actum anno  
MCCLXXXI feria IV proxima post festum beatorum Apost.  
Philiippi  $\mathcal{G}$  Jacobi.

## VIII

Agnetis, Comitissae Geminipontis viduae, filiorumque  
Eberhardi & Walrami confirmatio legati XXXX solidorum  
in salina de Lynden a monasterio Wernerivillano  
percipiendorum, d. 10 Jan. 1283.

*Ex Registr. Wernerivill.*

No-

---

de Genitroponte in Bitis factam obvenerunt, quam chartam  
infra Sect. III dabimus integrum; cf. interim Origg. P. I, c. llll,  
§ VII, p. 276, not. (g). Aut igitur hic contractus effectu  
caruit, aut Episcopus Wormatiensis castrum cum bonis eo  
spectantibus denuo in feudum dedit, cum antea fuisse obla-  
tum, quod posterius mihi vero simile videtur.

Noverint universi, quod ego Agnes Comitissa Gemini-  
pontis una cum Ebirhardo & Walramo filiis meis, donacio-  
nem seu legacionem factam a bone memorie dilecto Domino &  
marito meo Henrico Comite Geminipontis (a) viris religiosis  
Abbatii & Conventui monasterii de Werneswilre Cisterciensis  
ordinis Metensis dioceos de quadraginta solidis denariorum Me-  
tensium in salina de Linden infra octavas Penthecostes annis si-  
gulis capiendis gratam ratam gerimus, acceptamus, volentes ut  
dicti quadraginta solidi a procuratore de Lynden, qui pro tem-  
pore fuerit, memorato Abbatii & Conventui vel eorum certo  
nuncio infra octavas penthecostes ut dictum est, omni postposito  
impedimento annis singulis perpetuo assignetur in anime dicti

Hen-

- (a) Vita igitur defunctus est Henricus noster, aut anno hoc ineunte,  
aut exeunte superiori; postquam certe ab a. 1237 Comitatum  
administraverat. Illum ipsum enim, qui dicto anno cum Ab-  
bate & conventu Hornbacensi de iure Advocatiae transegit,  
cf. supra Dec. I, n VII, p. 30 sq. fuisse Henricum nobis II,  
certo iam cognovimus ex literis recognitionis Walrami II Co-  
mitis Bipontini a. 1364 d. 1 Febr. confessis de tenenda & ser-  
vanda concordia olim inter Henricum Comitem & Abbatem  
inita, in quibus Walramus iste, qui fuit Henrici II praeponos,  
ita loquitur: *Wir Walram Graue zu Zweynbrücken vnd Es-  
berhart von Zweynbrücken vnser elich son tun kunt —*  
*daz als emalen Zweygelonge Myschellonge sint gewest*  
*von Graue Heinrich seligen wegen von Zweynbrücken unsers*  
*Grauen vnd andern vnseren Altfordern von Zweynbrücken*  
*vff ein syte vnd dem Apte vnd dem Convente des Clo-  
sters zu Hornbach vff die ander syte &c.* Fuit igitur  
Henricus ille, qui compositionem a. 1237 fecit cum monaste-  
rio Hornbacensi, proavis Walrami II, adeoque idem cum Hen-  
rico II bellico so, Henrici I filio.

*Henrici perpetuam memoriam & salutem. In cuius rei testimoniis sigillis nostris communiri fecimus presens scriptum. Datum anno Domini M° CC° LXXXIII dominica infra octavas Epiphanie.*

## VIII

*Henrici, praepositi S. Germani Spirensis, & pastoris ecclesiae Ninivillanae, quibus recognoscit, se in bonis quibusdam in parochia Pirmasens sitis, de quibus cum Abbe Hornbacensi litigaverat, nihil iuris habere, d. 31 Jul. 1296.*

*Ex Registr. Hornbac.*

*Nos Henricus Dei gratia prepositus ecclesie sancti Germani Spirensis extra muros, & pastor ecclesie de Ninnenwilre (a) tenore presencium publice recognoscimus & profitemur, quod cum dudum controversia seu contencio verteretur inter nos ex una parte & religiosos viros Abbatem & conventum monasterii Hornbacensis ex altera super quibusdam bonis in villa Eisberg sitis, in parochia de Birmenssen (b) que bona credebamus per.*

- (a) Ninnenwilre, Ninivilla, hodie Nunschweiler, tribus fere leucis ab urbe Biponto remota, cuius ecclesia cum redditibus suis succulo sequenti ineunte Abbatiae Hornbacensi unita est. Naque vero dedecebat Comitem munus parochi, quod, si cum amplioribus redditibus coniunctum erat, ambire solebant superioris ordinis nobiles. Sic ecclesiam l. parochiam Kirchbergensem in Comitatu Sponhemico tenuerunt sec. XIII Emichius, Archidiaconus Leodiensis & Canonicus Moguntinus, ac post cum Godfridus, ambo Sponhemici Comites. Simile exemplum nobis praebet charta huius Dec. prima, not. (b). Vide etiam Origg. P. I., cap. IIII, § III, 135.
- (b) Parochia haec finibus dioeceseos Metensis continetur, quippe



pertinere ad ecclesiam nostram de Ninneswilre, tandem didici-

quae latius hac ex parte olim porrigebatur, quam hodie. Sic Grevenstein arx cum villa Rodalben dioecesi Metensi substituit usque ad a. 1381, quo Cardinalis Pileus, Pontificis in Germania legatus, eam Episcopi Metensis potestate exemit, exentiāque dioeceti Spirensi adiecit. Parochia vero in Pirmasens coadunata erat monaīterio Hornbacensi inde ab a. 1225 testantibus hisce Dioecesani literis: *Jobannes Dei gracia Metensis Episcopus omnibus has literas inspecturis earum veritati fidem adbibere.* Cum eis, que intuitu pietatis gesta sunt maxime in ditione nostra benignum teveamur exhibere favorem, presenti scripto tam futuris, quam presentibus significamus, quod cum coenobium Sancti Pirminii de Hornbach per negligenciam Prelatorum vel forte propter reddituum inopiam sit infirmaria destitutum, ubi fratres infirmi secundum regulae institutionem ad levamen eorum & sanitatem recuperandam sequestratim iubentur procurari, nos pastoratum de Birmesensen cum omnibus eius appendiciis, ut de cetero ad ius & officium infirmarie in iam dicto coenobio constitute absque eiusdem coenobii maligna & improba infractione proprie ac specialiter pertineat, de consensu & voluntate totius Capituli nostri Metensis benigne & liberaliter contulimus, a fratribus dicti coenobii in perpetuum possidendum. Et ne bec nostra collacio sive institucio ab alicuius versutia valeat in posterum infirmari, presentes literas sigillo nostro in veritatis, testimonium muniuimus. Datum Meti decimo septimo Kl. Junii. Anno Domini MCC vicecimo quinto. Assenserunt huic collationi Primitarius, Decanus, & totius ecclesiae maioris Metensis Capitulum eodem die & anno, ratamque eandem habuit W. Metensis Archidiaconus peculiaribus literis. Instituit igitur hoc infirmary Eberhardus Abbas, ab ecclesia beati Mathiae Apostoli Trevirensis, cuius oblatus fuerat & profensus, ad Abbatis munus in monasterio Hornbaceris gerendum eodem anno vocatus, testibus ipsius literis.

nus a fide dignis tam de parochianis de Ninneswilre, quam  
aliis, dicta bona esse elemosinam sive testamentum (c) verum  
dictorum virorum religiosorum & pertinere ad decimam ipsorum  
cedentem eisdem in dicta villa Ninneswilre, nec quicquam iuris  
in bonis habemus nec habuimus prenotatis. In cuius rei testi-  
monium sigillum nostrum una cum sigillo dilecti fratris nostri  
Walrami Comitis Geminipontis ad petitionem nostram pre-  
sentibus appenso duximus apponendum. Datum anno Domini  
MCC nonagesimo sexto, feria tercia post festum beati Jacobi  
Apostoli.

## X

Henrici de Hoenfels, Domini de Reipolzkirchen, charta, qua  
vendidisse se curiam suam Urbach cum villa Urbach avunculo  
suo Walramo Comiti Geminipontis testatur, d. 13 Jan. 1297.

*Ex libro Copiali.*

*Universis presentem cedulam inspecturis vel audituris ego*  
*Henricus de Hoenfels & Dominus de Ripoiskirchen (a)*

*Cit-*

- 
- (e) Testamenti vocabulum sumi pro donatione seu charta, qua largitio confirmatur, notavit *Fresnius* in gloss. suo; h. l. autem illud denotat rem ipsam ex donatione concessam.
- (a) Eodem tempore obvius est in chartis Philippus Dominus de Hoenfels, cum filiis Philippo & Theodorico senioribus, Philippo & Johanne iunioribus, cf. illius dipl. de a. 1276 in L. B. de *Gudenus* Cod. dipl. Mog. T. II., p. 196-199. Plura vero excitari possent documenta, ex quibus cognoscere licet, Hohenfelsios istos dynastas cum Bolandiis & Falckensteiniis Dominis ab eadem stirpe processisse. Sed illis iam omissis uni-  
cum

cupio fore notum, quod vendidi curiam meam Urbach cum villa  
Urbach (b) ac aliis villis & curiis pertinentibus ad predictam  
curiam avunculo meo Walramo Comiti Geminipontis (c, & cum

cum ex Registro Pruniensi per Caesarium Heisterbacensem  
a. 1222 descripto, Hontbemii hist. Tr. dipl. T. I, n. CCCCLIX,  
cap. cxv, § 2, p. 696, b. locum adducam: *Heredes domini  
Wernberi de Bolandia & Philippi fratris eius, tenent a nobis  
infra curtis Alvesheim (Albesheim prope Bolanden) bonum  
Castrum, Hoviles seu Hoveltz appellatum. Praeterea sunt ibi-  
dem quidam milites, qui sunt infeodati de ipsa curte, quorum  
praedecessores fuerunt homines ac ministeriales ecclesiae, quam  
qui tenent, tenent etiam & alia bona. Illi de Ripelskirchen te-  
nent Hoveltz.* Hinc inferendum mihi videtur, Reipolzkir-  
chos fuisse ex Hohenfelsis Dynastis oriundos. *Hoc tamen*  
certum est, illos, ex quo in monumentis vetustis apparent,  
ab hisce distinctos videri. Miror autem, auctorem genealo-  
giae Dominorum Falckensteinensium 1745 editae in Tab. I  
quae sistit Bolandiorum familiam Hohenfelsiorum originem  
plane omisisse, neque ad literarum indicia attendisse. Sed ac-  
cedent forte aliquando clariora documenta, quae nobilissimam  
Hohenfelsiorum familiam aequa ac Reipolzkirchiorum genus  
illustrent.

- (b) Coniicio, curiam villamque Urbach esse utruinque Urbacum  
superius & inferius ab urbe Biponto haud procul remotum,  
atque matri Henrici Hohenfelsii, Domini de Reipolzkirchen,  
dotis loco a patre Henrico II Comite Geminipontis fuisse as-  
signatam; uti castrum Dimringen Katerinae filiae dotis da-  
tum fuit.
- (c) Walramus cum fuerit Henrici II Comitis Bipontini filiorum  
tertius, atque Reipolzkirchius Dynasta ipsum appellebat avun-  
culum suum, recte nobis inde colligere videntur, sororem  
Walrami extitisse eius matrem.

omni iure, quod pater meus & mater mea possederunt & ha-  
buerunt, & post mortem patris mei & maris mee ego Henri-  
cus predictam curiam habui & possedi. Protestor etiam ego  
Henricus predicto avunculo meo & suis heredibus dare certam  
gewarandiam pro me & omnibus quoque futuris qui predictum  
avunculum meum Walramum in predictis bonis vellent impe-  
dire tanquam pro parte mea aut molestare. Profiteor etiam  
sub instrumento fidei quod si quas litteras habeo aut habere potero  
tanquam de bonis predictis, illas litteras avunculo meo Walra-  
mo restituam in momento & si aliquas litteras obtinerem me  
sciente vel nesciente illas reputo irritas & inanes. Insuper pre-  
teor me predictam curiam cum bonis predictis vendidisse & de-  
disse pro quingentis libris Metensum denariorum bonorum &  
datorum. In buius rei certitudinem presentem paginam sigillo  
tradidi communiam. Datum anno Domini MCCLXXXVII  
in octava epiphanie Domini.

## Sect. II





THEATRUM

THEATRUM MUNDI

THEATRUM ECOLESTANTIAE

THEATRUM LIBRARIAE MATRIAE

THEATRUM LIBRARIAE PATRIAE

THEATRUM EXCELENTIES MODER

THEATRUM OMNIS PRACTICÆ

THEATRUM ANTIQUITATUM

THEATRUM HISTORIÆ

THEATRUM LITERARIAE

THEATRUM MUSICALIA

THEATRUM ARTESS

THEATRUM MATERIA



